This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N
i

ONFINED

303837402R

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

THEOPHANES.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIX.

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

THEOPHANIS

CHRONOGRAPHIA.

EX RECENSIONE

IOANNIS CLASSENI.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIX.

PRAEFATIO
IOANNIS CLASSENI.

Theophanis in novo hoc Byzantinorum scriptorum corpore edendi officium, quod B. Niebuhrius adolescenti mihi novem abhinc annis demandaverat, diu intermissum et propter locorum et temporum vicissitudines paene renuntiatum, nunc tandem ex auctoritate Illustrium Virorum, qui summam huius editionis curam gerunt, ita absolvi, ut studiorum meorum rationes et subsidiorum copiae tulerunt. Quum enim princeps huius chronographiae editio, quae Parisiis anno 1655. prodiit, inchoata illa a Goaro et post immaturam eius mortem a Ioanne Combefiso ad finem perducta, tum propter editorum sive festinationem sive negligentiam, tum propter serum codicum, quos nacti sunt, usum, tam multis obsessa esset vitiis, ut persaepe impedita haereret lectio: hoc mihi nova recensione efficiendum proposui, ut scriptor quantum fieri posset non aliis quam quae ipsius tarditas ingenii et fatuitas commisisset, vitiis premeretur. Primum igitur farraginem illam variarum lectionum, quas editor Pa-

risiensis post textum graecum, quem vocant, typis expressum ex sex codicibus passim enotatas in unum congessit, ita quasi vinculis suis dissolvi et ad verum scriptoris usum suo quamque loco contuli, ut quicquid bonae frugis in coacervatis istis copiis latuerit, in lucem prodiret. Quarum ope quum iam non paucos libri locos in meliorem formam redigere liceret, multo maius adiumentum et vere salus ei contigit ex nova collatione praestantissimi codicis, qui in Regia bibliotheca Parisiensi inter Coislinianos sub nro. 133. asservatur. Debetur ea insigni diligentiae virorum doctissimorum et clarissimorum, Constantini Schinae Graeci, qui hodie Othoni Augustissimo Graeciae regi a consiliis civitatis est et primus Academiam Atheniensem faustis auspiciis conditam rexit, et Mauritii Pinderi, professoris Berolinensis, qui anno 1827. Parisios profecti singulari cura et assiduitate hanc operam taedii plenam exantlarunt. Praecellit autem liber Coislinianus tam longe ceteris omnibus, et curae a duumviris illis huic libro excutiendo datae constantia et fides tantopere levitatem et socordiam eorum superat qui reliquos inspexerunt, ut Theophanes nunc demum firmum fundamentum nactus esse vere praedicari possit. Nam innumeris locis ex libro Coisliniano citra omnem dubitationem veram scriptoris manum restitui, saepissime eius unius secutus auctoritatem, haud raro accedentibus aliorum, inprimis Peyreziani et Barberiniani, suffragiis: quumque ducis nostri praestantiam saepe in locis impeditissimis expertus essem, etiam in leviоribus rebus illi morem gerere haud dubitavi. Ubi

omnium librorum lectiones nondum incorruptam scriptoris manum exhibere videbantur, coniectura verum assequi conatus sum: cui tamen parcius indulsi, haud ignarus in tali scriptore neque sermonis puritatem neque concinnitatem sententiarum esse quaerendam. Sed ea, in quibus pravus sequioris aevi usus vel pingue hominis ingenium ab antiquis artis et linguae praeceptis deflexit, in indicem graecitatis referre quam inconsiderato iudicio ad priscam normam refingere malui.

Codices quibus vel primus vel post Parisienses editores usus sum, his literarum signis notavi:

A est codex Coislinianus nro. 133.
a » » Francisci Barberini Cardinalis.
b » » Vaticanus nro. 154.
c » » — » 155.
d » » — » 979.
e » » Palatinus.
f » » Peyrezianus.

De his praeter Coislinianum in editione Par. pag. 511. haec legitur Goari adnotatio:

»Regium exemplar cum MSS. duobus aliis eisdemque correctissimis collatum; uno Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini, altero Illustrissimi D. Peyrez bibliotheca acceptis. Hoc Peyrez ipse cum Regio comparaverat: nunc regium cum Peyreziano vicissim confertur. Alterum ex collatione cum Vaticanis sub numeris 154. 155. et 979. et uno Palatino num. 246. lectionum omnium discrimina in margine ostentat.«

»Regium nostrum cum Barberino isto codice iterum comparatur: quodque in eo ex Vaticanis et Palatino collectum, id totum huc transfunditur.«

Unum est quod de mutata totius operis forma moneam. Annorum notationes in editione Par. ad codicum exemplar ita comparatae sunt, ut in quovis novi regis vel episcopi accessione praeter annum mundi et divinae incarnationis etiam reliquorum regum et episcoporum anni diserte indicati sint, tali fere schemate:



Hanc annorum notandorum rationem si editio nostra secuta esset, magnum fecisset dispendium chartarum, quibus parcere praesertim in tam grandi opere satius erat. Quod sine ullo perspicuitatis detrimento factum esse videtur: nam, tabellis istis abiectis, mundi et Christi anni ubique in margine appositi et primus novae cuiusque accessionis annus indicatus attento lectori idoneam copiam faciunt reliquorum magistratuum annos facillimo computo

inveniendi. Sed vel sic huius libri moles quamquam in brevius contracta tantum excrevit, ut Goari et Combefisi notae cum indicibus, historico Combefisi, graeco meo, in alterum volumen, quod proxime sequetur, essent ablegandae.

Scribebam Lubecae d. 26. Sept. 1839.

CANDIDO LECTORI,

F. Franciscus Combefis Ordinis FF. Praedicatorum Congregationis S. Ludovici.

En tibi diu expectatum Viri sanctissimi, nec ἀσκήσει minus ac confessione, quam scribendi industria ac labore illustris, Theophanis Chronographicum opus, ac historiam; ut cuius summariis Graecis pariter ac Latinis hactenus fruebaris, ipso nunc pleno, ac quale vel ipse edidit, vel ad nos Codicum non parva seges transmisit, abundantius delecteris. Et ea Theophanis non minima laus, quod eius toties descripta lucubratio, ipsa brevitate cum pari perspicuitate Lectorem recreans, immensumque historiarum aequor haud ita multis versibus repraesentans: quod item si qui fere Graeci, Latinique post eum eo velut charactere scripsere, ac historiarum breviaria posteris reliquere, quoad illa porrigitur, non tam suum aliquid produxerint, quam sublectum Theophanem, inque maiores coactum angustias suppressis non paucis, iisque minime spernendis, alio vel idiomate, vel stylo nonnihil puriori reddiderint.

De Theophane, eiusque natalibus, ac vitae tota institutione, necnon de illius opere hoc, ac ei coaevis aliis eiusdem nominis, ac instituti; praeter monumenta ipsi libri fronti praefixa, multis satis R. P. Iacobus Goar ὁ μακαρίτης, ipso statim limine earum Notarum, quas illius posthumas produxi. Iam enim Theophanis toto ipso textu, adeoque et Leonis Grammatici, exceptis fortasse pauculis foliis, typis mandato, Notisque ad Theophanem duntaxat digestis, dum absolutionem, maioraque alia vir pietati, literis, Graeciae natus cogitat; mox

fere sanctissimi Praedicatorum Antistitis Dominici ad Nonas Augusti anni MDCLIII. *expletis feriis, gravis accensa bile morbus invadit, ac ad Septembrem iam vergentem varie discrucians, ac corpusculum deterens, de patria, atque exitu solicitum facit; quando et pie inter fratrum manus (quin et filiorum, Sodalitii totius vice Magistri Ordinis, ut vocant, Praeses existens) diem obit. Statim itaque appetente invaletudine, ut nihil ea ipso exordio mitior fuit, ut quod superesset Theophani praestarem pro antiquo amicitiae iure, ac communibus studiis etiam etiamque rogavit. Annui; nec enim vel amico aliquid, aut rem sic iustam, eque re communi negare potui. Notas itaque quales relictae erant, praelo subieci, ac quam potui, ut emendate prodeant, curavi. Indicem copiosissimum, quod ita commodum videretur Chronographicae tantae molitioni, adieci; totumque adeo Theophanis ipsum textum, ac Leonis Grammatici, versionemque recensens, occurrerunt multa, quae secundas curas sic spisso opere viderentur desiderare. In eam rem igitur Notas posteriores, ac emendationes strictim, penesque defunctorie instituendas putavi, ut id fere praestarem Patri Goar in Theophane, quod ille Xylandro in Regiae editionis Cedreno. Nec enim quod Gretsero in Codino, ubi non defunctorius, sed plane exquisito opere, de Graeca sequioris praesertim mediique aevi literatura, idem laudem habet. Interim angebat animum, quod Graecum exemplar Laudationis Theophanis nusquam occurreret: Lipomanus duntaxat, exque eo Surius ad Martii XII. Latinam repraesentaret. Ipsum quod ita Latine redditum erat, monumentum egregium indicabat, quo et Anastasius delectatus esset. Audieram saepe querentem P. Goar, quod nusquam illius copiam nanciscceretur: ipse nihilominus nihil importunitatem veritus, quam gratissimam fore noveram, pulsandas iterum Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini fores in eam rem decrevi. Scribo igitur, deplorato Fratris charissimi apud communem, olimque amicum funere, unum deesse, quo Theophanis pater ipse atque productor videatur esse. Multum quidem in eum contu-*

liese, quod Romae per Buccardum domesticum Latio donatum praelo adornaverit, eamque Parisios versionem si quid usui esse posset, destinaverit; ut nempe illustrior prodiret typis Regiis, Patrisque Goar maturioribus studiis; quod item Theophanis textum cum Vaticanis uno, et altero collatum, ut inde Regius antiquissimus Theophanis textus illustrari, sarciri, ac emendari posset, transmiserit. Deesse nimirum dictum tanto Viro, sanctoque ab aequali, vel suppari Encomium. Id ut diligentia, ac auctoritate mihi obtineat, omnes in Theophane numeros implevisse: eius editionis maximam consecutum gloriam, patronumque in caelis demeruisse potentissimum. Audit haec nihil segni aure Eminentissimus Princeps, suos Romae, ac aliorum frustra excutit pluteos, Syracusas, ac Siciliam vestigat, Venetias rimatur; illique tandem favente Numine thesaurus occurrit in S. Marci Bibliothecae Codice; ex quo in nos derivatus, eaque Eminentiss. Cardinalis Barberini diligentia, Eminentissimique Collegae Cardin. Ottoboni beneficio, atque munere. Habes, Lector, quid fere praestitum in Theophane, ac qui in eo contulerint operam, dum tamen Viros clarissimos fratres Puteanos, τὸν μακαρίτην, et quem Deus diu superstitem servet, nec ipsos defuisse, ut nusquam bonis studiis desunt, quibus possint prodesse, non nesciveris. Praeter enim Regium antiquissimum Codicem, in quo Syncelli Chronographiae Theophanis textus, tumque Leonis Grammatici subnectitur, ex quo P. Goar edita omnia exscripsit, humanissime commodatum, etiam Peyrezianum eidem procurarunt, ac eius esse voluerunt, non inutilem illum tum suo ipsum nomine, tum quia collatus cum Palatino.

Theophanem brevi sequetur Continuator ex Eminentissimi eiusdem Cardinalis Barberini Codice, ad quem Pselli bene multa historica Eminentissimi Cardinalis Mazarini Codex spississimus suggeret, iusto complendo volumine. Vale. IV. *Kalendas Maii* MDCLV.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΣΤΜΠΛΕΚΟΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ,

ΤΟΥ ΚΑΙ ΙΣΑΑΚΙΟΥ.

S. P. N. THEOPHANIS,

QUI ET ISAACIUS,

VITA ATQUE LAUDATIO.

Οἷον τι πάσχουσι τὴν κοσμικὴν διαπεραιούμενοι θάλατταν ἔμποροι, καὶ τὰ μακρὰ πελάγη μειζόνων ἐφέσει κερδῶν διαμείβοντες, ἀπροσμάχῳ μὲν κλύδωνι καὶ κύμασι ἀλλεπαλλήλοις σφοδροτάτοις καταιγιζομένοις τοῖς πνεύμασι προσπαλαίοντες ζοφώδεσι καὶ θυέλλῃ, μικροῦ δεῖν αὐταῖς ἐλπίσιν ναναγήσοντες· εἰ γάρ που μικρᾶς αἰθρίας ἐπαυγασάσης, ἀστὴρ τούτοις ἐπανατείλῃ χειμαζομένοις σωτήριος, αὐτοὶ μὲν τὴν ψυχὴν λαμπρότητι τοῦ φανέντος ἄστρου κατανυγαζόμενοι, τὸ πλεῖστον τῆς ἀθυμίας ἀποσκευάζονται· τὸν δὲ τοῖς οἴαξιν ἐγκαθήμενον προθυμότερον ἔχεσθαι τούτων ἐγκελεύονται· ὃ

4. προσπαλαίοντας Par.

Quae mercatoribus, mundi pelagus, et longinqua maria maioris lucri gratia traiicientibus solent accidere, dum cum invictis fluctibus undisque crebro se impetu atrae procellae ventorumque vi atque turbine validissime collidentibus luctantes, prope desperata salute, naufragium expectant: (si enim paulo sereniori caelo salutare iubar periclitantibus ipsis affulserit, eius luce perspecta respirant, animumque recipiunt, ac rectorem navis ad gubernacula sedentem hortantur, ut alacrius munere fungatur suo: ille vero sublatis oculis splendorem

δὲ τὸ ὄμμα τείνας μετέωρον, καὶ ὥσπερ ὁδηγῷ τῷ καταλάμποντι χρώμενος, τὸ βλοσυρὸν τοῦ κλύδωνος τέχνῃ καταπαλαίων, πρὸς εὐθείας τρίβους πηδαλιουχεῖ τὴν ὁλκάδα· τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς τὴν νοητὴν τοῦ βίου διεκπερῶσι θάλατταν, καὶ πρὸς τοὺς ἀκύμονας τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐνορμισθῆναι λιμένας κατεπειγομένοις ἐπισυμβαίνειν εἴωθεν. ἀφράστῳ γὰρ τῶν πειρασμῶν καταντλουμένοις κλύδωνι, καὶ βαθυτάτῳ σκότει τῶν δαιμονικῶν κατεσχημένοις περιστάσεων, αἳ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ὥσπερ ὑπ' ὄψιν πράξεις τιθέμεναι, τῇ μὲν οἰκείᾳ λαμπηδόνι τὸν ἐκείνων σκότον ἀποσκεδάζουσι, διδασκαλίαις δὲ ταῖς θεοπνεύστοις τὸ τῶν παθῶν καταστορέσασαι κλυδώνιον ἡδίστης γαλήνης κατεμπιμπλῶσι, καὶ πρὸς τὴν ποθουμένην ῥᾷστα παραπέμπουσι κληρουχίαν, τῷ φόρτῳ τῶν ἀγωγίμων ἀγαλλομένους. ἄλλους μὲν ἄλλοις ἐμπρέποντας ἂν εὕροις τοῖς κατορθώμασι, καὶ τὸν μὲν τὸ τῆς ἐγκρατείας στερρὸν αὐτοῖς ἔργοις σαφῶς ὑπογράφοντα, τὸν δὲ τὸ τῆς σωφροσύνης λαμπρόν, καὶ ὅπως ἡ τῆς ἀκολασίας περιγίνεται δεσποτεία, μάλα νεανικῶς ἐκδιδάσκοντα· ἕτερον τῶν ἀρετῶν ὡς ἀρχετύπῳ πίνακι τὴν κτῆσιν διαζωγραφοῦντα τῷ βίῳ· ἄλλον πρὸς τὴν τοῦ βίου παντὸς παιδοτριβοῦντα καταφρόνησιν, καὶ ἄλλον πρὸς τὴν τῆς καινῆς δόξης ὑπεροψίαν κραταιῶς ὑπαλείφοντα. Θεοφάνους δὲ τοῦ θειοτάτου πατρὸς προσομιλήσας ταῖς πράξεσι, πᾶσαν ἂν ἰδέαν κατίδοις καλῶν ὡς ἐν εὐθαλεῖ παραδείσῳ φυτουργουμένην.

3. αὐθείας Par.

intuitus, eoque tanquam duce usus, trucem procellam arte superat, et ad rectum cursum navem dirigit:) eadem fere in hoc vitae pelago navigantibus, et ad tutum futuri saeculi portum studiose tendentibus, contingere consueverunt. incredibili enim tentationum aestu laborantibus, densissimisque casuum daemoniaca arte, ac invidia res humanas excipientium tenebris circumfusis, res a sanctis viris gestae sub aspectum velut positae, splendore suo nebulam eam discutiunt; divinaque doctrina perturbationum feros sopientes fluctus, iucundissima implent tranquillitate; ac pretiosis mercibus onustos atque laetantes, ad optatam facile provehunt hereditatem. alios igitur aliis ornatos virtutibus invenies: hic abstinentiae rigorem rebus ipsis palam facit: ille castitatis splendorem, utque incontinentiae vis superetur, strenue admodum docet: alter virtutes velut principi tabellae humanae vitae appingit: alius ad saeculi totius contemptum erudit: est denique qui ad inanem gloriam spernendam valide accendat. at si divinissimi patris Theophanis res gestas consideraveris, tanquam in horto florido virtutum omne genus altis in eo radicibus adultum inveneris.

Ταύτας ἐγκωμίοις ὑποβαλεῖν προτραπείς, ἑτοίμως εἶξα τῇ παραινέσει, τὴν ἐκ τῆς ἐκείνου πρεσβείας ἐπικουρίαν καταπιστεύων θηράσασθαι· οὐ πρὸς δόξαν τοῦ θαυμασίου, ποίαν γὰρ οἴσει δόξαν λόγος μακρῷ τῷ μέσσῳ τῶν ἐκείνου κατορθωμάτων ἀπολειπόμενος, τουναντίον δὲ μᾶλλον, τῇ τούτου μνήμῃ καὶ λόγους αὐτοὺς κοσμῆσαι, καὶ μεγίστην ὑπόθεσιν ὠφελείας τοῖς ἐκμιμεῖσθαι πειρωμένοις πρυτανεῦσαι χλιχόμενος. ἀλλὰ πρὸ τοῦ κρηπῖδα τῷ λόγῳ προστήσασθαι, καὶ τοῖς ἰδρῶσιν ἐναθλῆσαι τῶν ἐγκωμίων, τῆς ἀπορίας αἰσθάνομαι. βοᾷ γὰρ τὸν εἰς εὐφημίαν προκείμενον πατρὶς καὶ γένος, καὶ κικῶσα φύσις, καὶ ταύτην ἐκ μεγέθους ἀρετὴ παρατρέχουσα, καὶ πάντων εἰς ἀρχὴν ἀγομένων, τὴν προσήκουσαν ῥᾳδίως οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. πατρὶς μὲν γὰρ νόμοις ἐγκωμίων, καὶ τῇ τούτου αἰτίᾳ καθοπλισθεῖσα, τὰ πρωτεῖα τῶν ἄλλων ἀπενέγκασθαι φιλονεικεῖ, μὴ τοῦ οἰκείου τὴν στέρησιν καλλωπίσματος ὑπομεῖναι σὺν ὅρκοις καθικετεύουσα· γεννήτορες δὲ πρὸς τούτοις, παιδείᾳ τε τῇ τούτου καὶ τροφείοις ἐναβρυνόμενοι, κατόπιν ταύτην παραγκωνίζονται· ἀρεταὶ δὲ τῇ ἐκείνου προθέσει τε καὶ κτήσει μεγαλαυχούμεναι, αὐχένα τε γαῦρον ἐπαίρουσι καὶ μέγα τοῖς ἄλλοις βοῶσι, πρὸς τὴν ἐκείνου μόνην ἀπιδόντες ἔφεσιν, ῥᾷστα τὴν ἧτταν ἐπίγνωτε. τί δῆτα δράσω κριτὴς πραγμά-

3. *ποῖαν* Par. 7. *τοῖς*] *αὐτοῖς* Par. 10. *νικεῖσα* Par.

Has ego ut laudatione prosequerer, multorum adhortàtione adductus, prompto animo provinciam suscepi, illius precum auxilio fretus: non ut viro divino ac admirando gloriam conciliarem (quae enim illi gloria ex oratione mea, quae virtutibus eius longe est inferior, acquiri potest?), sed contra potius, ut rebus ab ipso gestis commemorandis vim ipsam dicendi exornarem, et eas imitari studentibus adiumentum maximum offerrem. quamquam in ipso statim principio, antequam in ipsum laudationis stadium ingrediar, tanto me oneri imparem sentio. simul enim et patria, et genus, et natura praestantior, et qua magnitudine naturam superat virtus, virum laudationis argumento propositum egregie honestant; ut cunctis exordio occurrentibus, quid horum magis congruat, haud facile quis inveniat. patria enim tum laudationum legibus, tum parentis titulo instructa, primas sibi vindicat partes: oratque nos, atque obtestatur, ne propriis ornamentis spolietur. parentes autem hanc cubito opposito propellunt, educatione ac disciplina ipsius gloriantes. virtutes vero, proposito eius ac possessione confisae, gloriosam cervicem attollunt, magnaque voce reliquis clamant, solum illius studium, atque animum spectantes, facillime victas se illae agnoscant. ego itaque inter res, quae se vinci non patiuntur, iudex constitutus quid faciam? parumper scili-

των ἥττων οὐ δυναμένων ὑποστῆναι γενόμενος; ἢ δῆλον, ὡς μικρὰ τοῖς προτέροις ἐνομιλήσας, τοῦ δειχθῆναι χάριν ὁποίων ὑπερόπτης γεγένηται τῷ φίλτρῳ πεπεδημένος τοῦ κτίσαντος, ὅλος τῶν ἀρετῶν κατὰ τὴν ἐκείνου γενήσομαι πρόθεσιν;

Ἤνεγκε τὸν θαυμάσιον πατέρα πατρὶς ἡ βασιλείας ἐγκαλλωπιζομένη τῷ ἀξιώματι καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἀνῳκισμένη, ὅσον εἰκὸς τῶν ἀρχομένων τὴν δεσποτέυουσαν. περὶ ἧς πολλὰ λέγειν ἐθέλων τῷ τε πάντα τὸν περὶ αὐτῆς λόγον μακρῷ τῷ μέσσῳ παρατρέχειν τὴν αἴσθησιν, καὶ τῷ δῆλα πᾶσι καθεστάναι τὰ περὶ ταύτης λεγόμενα τοῖς ἀνὰ πᾶσαν οἰκοῦσιν ὅσην ἐφορᾷ ἥλιος, ἀνακάμπτομαι. γεννήτορες δὲ οἱ τηλικαύτῃ γονῇ καὶ πατρίδι καταξίαν ἐπιγραφόμενοι, πλούτῳ κομῶντες, στρατηγίᾳ λαμπόμενοι, ἀρεταῖς ἁπάσαις δορυφορούμενοι, τῷ φίλτρῳ πάντων μάλιστα κατεστέφοντο, οὐ τῶν θεοφιλῶν μόνον, καὶ οἷς ἡ καλοκαγαθία τὴν φιλίαν προυξένει, οὐδὲ τῶν ἴσοις φαιδρυνομένων τοῖς ἀξιώμασιν, εἰ καὶ χειρίστη συνδεθεῖσα ψυχή, οἷς ἡ χρεία τῷ φίλτρῳ παρείχετο, ἀλλὰ τυράννων καὶ βασιλέων αὐτῶν, οἳ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀρετῆς ἐκείνων αἰδούμενοι, διαφερόντως τὴν φιλίαν ἠσπάζοντο. Ἰσαάκιος καὶ Θεοδότη τούτοις ὀνόματα, εἴ γε καὶ ὀνόματος ὑμῖν μέλει. γίνεται τούτοις τοῦ πολλοῦ καὶ μεγίστου κλήρου διάδοχος ὁ νῦν ἡμῖν εἰς εὐφη-

14. fort. κατεστέφοντο. 17. fort. χειρίστῃ συνδεθεῖσι ψυχῇ.

cet in prioribus immorabor, ut ostendam, quaenam ipse creatoris amore inflammatus contempserit, et pro nihilo duxerit: deinde pro illius propositi ratione virtutibus eius exponendis totus insistam.

Tulit virum hunc admirabilem illa patria, quae imperii dignitate decorata, caeteris omnibus tantum antecellit, quantum reginam subditis praestare par est: de qua multa me dicere volentem impedit, tum quod nulla sermonis vi explicari possunt, quae de illa sensus renuntiat; tum quod omnibus, quascunque sol aspicit, terrae partes habitantibus sunt cognitae. parentibus ortus est tali sobole, patriaque dignis, qui divitiis affluentes, militari gloria clari, omni virtutum choro ornati, omnium in se amorem propensissimo affectu converterant: non eorum duntaxat qui religiosis moribus eniterent, ac quibus probitas ipsa amicitiam faceret; aut qui paribus erant dignitatibus insignes, licet pessimo essent animo praediti, atque amicitiam propriis commodis metirentur: verum etiam tyrannorum, ipsorumque imperatorum, qui ipsi virtutis eorum praestantiam reveriti, longe charissimos habebant. Isaacius et Theodota, si quid vobis etiam nomen est curae, vocabantur. his amplissimae hereditatis natus est heres ille, qui nobis in praesentia laudandus est: maternaque effusus alvo

μίαν προκείμενος, καὶ τῆς μητρῴας νηδύος ἐκβάλλεται ἀστέρι ὀπωρινῷ ἐναλίγκιος, τὴν τῆς ψυχῆς ὡραιότητα τῇ εὐπρεπείᾳ καθυποφαίνων τοῦ σώματος. οὐ γὰρ ἐᾠκει ἀνδρὸς γεννητοῦ παῖς ἐμμένναι, ἀλλὰ θεοῖο, ἐκ μήτρας ἡγιασμένος κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, καὶ πᾶσι καλοῖς ἀρχῆθεν μεχρὶ βίου δυσμῶν ἐλλαμπόμενος.

Ἀλλ' ὁ μὲν τούτου γενέτης τῷ χωρίῳ τῶν κακῶν βραχὺ προσβιούς, αὐταῖς φροντίσι καὶ στρατηγίᾳ τοῦτο λιπών, τὴν ὡρισμένην ὑπῆλθε πᾶσιν ἀποδημίαν, τριετοῦς ἤδη τοῦ παιδὸς τυγχάνοντος. ἡ δὲ. . . . . .

* Τοῦτον ἐκείνην ἐξεικόνιζον ᾠδὴν, ἐν ᾗ παῖδες οἱ τρεῖς μετὰ τῆς ἁρμονίας τοῦ τυραννικοῦ προστάγματος καταπτύσαντες, ἐν μέσῳ καμίνου φλογὸς τὸν παγκόσμιον αἶνον τῷ σεσωκότι προσῆγαγον. πάντες δὲ πρὸς τὸ θυμῆρες καὶ φαιδρὸν ἀνειμένοι, τὴν ἐπιθαλάμιον ἐκείνην ἐπαγγύριζον εὐωχίαν, αὐλὴ δ' οὐκ ἤμβλυνε ταῦτα νοῦν τοῖς θείοις ἐμμελετῶντα καὶ τὴν προσοῦσαν πρόθεσιν ἐξανύσαι διασπουδάζοντα. νυκτὸς δὴ τῷ κοιτῶνι τῇ συμβίῳ ἅμα προσορμισθεὶς ἐπὶ τῆς κλίνης παρακαθισάμενος, ὅλος τε τῶν θείων γενόμενος, στεναγμῷ τὸ προσὸν τῇ ψυχῇ πάθος ὑποσημαίνων, τοιῶνδε λόγων ἀπάρχεται· ὁ μὲν παρὼν βίος, ὦ γύναι, βραχύς, ὡς πᾶσιν εὔδηλον, καὶ ἀδηλίᾳ τοῦ μέλλοντος τέλεον κεκρατημέ-

10. Desunt multa, ut et in Lipomani Cod. quem ipsum hunc Venetum arbitror, cuius apographum repraesento. (Not. ed. Par.)
15. ἐνωχίαν Par.

autumnali stellae persimilis, eximia corporis pulchritudine, parem animi venustatem sub obscuris indiciis prodebat. neque enim mortalis hominis, sed dei filius esse videbatur, ex matris utero in Ieremiae prophetae morem sanctificatus, et iam inde ab ipso ortu ad extremum usque vitae finem virtutibus omnibus illustris ac clarus.

At pater ipsius, cum exiguo temporis spatio in malorum hac regione vitam produxisset, ea cum curis atque praefectura relicta, praefinitae cunctis peregrinationis terminum absolvit, cum iam puer trimulus esset. mater autem . . . .

Illud canticum expresserunt, quo tres pueri, contempto tyranni iussu, in medio camini ardentis servatorem collaudarunt. sed cum omnes ad hilaritatem, laetitiamque profusi, nuptiarum convivium celebrarent, mens tamen illius nihil his obtusa est, quae divina meditaretur, animique propositum explere cuperet. cum iam itaque appetente nocte cum sponsa cubiculi secreta petiisset, ac lecto assideret, totoque animo res divinas agitaret, suspirio indicans desiderium suum, sic eam alloqui aggressus est: vitae curriculum, coniux, ut

νος· οὐ γὰρ ἐμφανές τινι τῶν πάντων καθέστηκε, πότε θάνατος ἐπελθών, καὶ τοῦτον χωρίσας πρὸς τὸ μέλλον παραπέμψει καὶ κοινὸν δικαστήριον, ἑτασμοῖς ἀκριβέσι τῶν πεπραγμένων ὑποβληθησόμενον. ἐντεῦθεν ἀνέτοιμον ἑνίοτε λαβὼν καὶ πλείστοις φορτίοις ἁμαρτημάτων βαρυνόμενον, τῆς τοῦ κτίστου καλοποιοῦ ὡραιότητος εἰς ἅπαν ἀλλοτριώσας, οἵμοι αἰωνίῳ καταδικάζει πυρί· μικρὰ δὲ καὶ δοκήσει μόνῃ τὰ καλὰ κεκτημένος, ἀπείροις ἀνιαροῖς περιτειχίζεται ἰδιοποιοῦσι τὴν τελευτήν. ποῖον δὲ τῶν τούτου καλῶν μύνιμον ἔστηκε; πλοῦτος; ὁ κακίας μᾶλλον ἢ ἀρετῆς ὑπηρέτης μὴ καλῶς κυβερνώμενος, ἀλλὰ μυρίους τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἔχων, πρὶν κατὰ γνώμην κτηθῆναι πολλάκις διώλολε. κάλλος σώματος εὐχροΐᾳ τε καὶ συμμετρίᾳ μελῶν προσγινόμενον; ἀλλ' ἢ χρόνῳ σβεσθὲν ἢ νόσῳ μαρανθὲν ἐιαρρυὲν ᾤχετο. δόξης ἀνθρωπίνης περιπέτεια; καὶ τί ταύτης εὐτελέστερον, ὦ φιλτάτη, μάλιστα πρὸς τὴν ἀΐδιον ἐκείνην, ἣν ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, παραβαλλομένης. ἣν γὰρ ὁ πρωΐ κτησάμενος οὐκ οἶδεν εἰ μέχρι δείλης ὑψίας παραμενεῖ, πῶς ἂν ταύτην ἐν καλοῖς λογίσαιτο; μικρὸν οὖν, εἰ δοκεῖ, τοῖς τῆς φύσεως λει-

6. καλλοποιοῦ Par. 12. εὔχροια Par. 16. ἴδε Par. 18. εἰ] ἢ Par. 19. fort. λογίσασθε.

omnibus patet, exiguum est, prorsusque incertum. nemo enim mortalium novit, quando mors accessura sit, nosque hinc ad futurum illud, quod omnibus est commune, amandatura iudicium, in quo rerum gestarum ratio severis quaestionibus reddenda erit. hinc quandoque imparatus, magnisque peccatorum cumulis oneratos, a creatoris pulchritudine, ex qua manat quod pulchrum est, penitus extorres, aeternis heu! flammis addicit: atque is, qui exigua bona, si tamen dicenda sunt bona, quae specie tantum et opinione sunt eiusmodi, possederit, innumeris implicatur molestiis, quibus vitae finis aegre immunis sit. quidnam vero ex iis quae huic suppetunt bonis, firmum ac stabile? num divitiae? at certe illae, quae vitii magis, quam virtutis ministrae sunt, non recte administratae, ac cum multorum insidiis obnoxiae existant, nondum ex voto partae saepius dilabuntur. an pulchritudo corporis, quae ex quadam coloris suavitate, atque apta figura membrorum consistit? verum illa aut tempore extinguitur, aut morbo deflorescit. humanae gloriae ostentatio? quid vero illa abiectius, o coniux charissima, praesertim si cum aeterna illa, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, comparetur? quae enim eiusmodi est, ut cum eam mane adeptus sis, nescias an usque ad vesperam sit permansura, quid est cur in bonis numeretur? haec cum ita sint, si videtur, tantisper naturae obsecuti legibus, nobis ipsi super-

τουργήσαντες νόμοις, ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἄνω γενώμεθα, πᾶν ὃ μὴ παραμένει τῷ μέλλοντι προσφυῶς ἀποτιναξάμενοι.

Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος τῷ σώματι καὶ παλαιὸς τῷ φρονήματι, καὶ πολὺ τούτων ἔλεγε πλείονα· ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἀμίαντος καὶ ἀκεραία περιστερά, ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος μᾶλλον καὶ φιλαγνος, ἢ φιλόγαμος, ἡ τὸ τοῦ μάρτυρος Μαρδαρίου γύναιον πολλῷ τῷ μέσῳ τὸ εἰς Χριστὸν φίλτρον παραβραμοῦσα, ὅσον τὰ χρηστὰ συμβουλεύσασα, κοινωνὸς τούτων ὑπῆρξεν ἐν ἅπασι, τοιούτοις ἀμείβεται λόγοις τὸν σύνευνον· καὶ πόσῳ μᾶλλον δικαιότερον, ὦ φίλτατε, δι' ὅλου τὸ τῆς παρθενίας τηρῆσαι καλόν, ἢ τῷ πλείστῳ μέρει καταρρυπῶσαι! τίς δὲ τούτων ἐγγυητής, ὅτι τῷ βίῳ λειτουργοῦσι καὶ πρὸς παιδοποιΐαν ὑπαγομένοις τὸ ἄδηλον ἐκδέξεται τούτων, ἀλλὰ μὴ τῶν χρηστῶν ἐλπίδων προαναρπάσαν ματαίως ταύτης ἐναποδέξῃ; πόσῳ δὲ εὐκλεέστερον τὸν ἐλαφρὸν τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν ἐκ νεότητος ἄραντας, τοῦ ἑπομένου τούτῳ καταξιωθῆναι μακαρισμοῦ, ἢ πρὸς βραχὺ δῆθεν τοῖς ματαίοις ἐνασχοληθέντας, πῆξιν ἐν τούτοις τοῦ λογισμοῦ λαβόντας, τοῖς χειρίστοις ἐναπομεῖναι! ἔκπληξις εἶχε τῶν λεγομένων τὸν νεανίαν· τὰ γὰρ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν παραδόξως ἀκήκοεν· καὶ πρῶτα μὲν σὺν δάκρυσι πρηνὴς τῇ γῇ προσκυλισθείς, τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχαριστίαν ἀνετίθει τῷ κτίσαντι· ἔπειτα τῷ γυναίῳ

11. κατερρυπῶσαι Par. 14. ταύτῃ margo Par. malim ταύτας.
21. προσκαλισθείς Par. 22. κτήσαντι Par.

nisque studeamus, iis omnibus opportune reiectis, quae futuro aevo minime perseverant.

Haec atque alia multa ille corpore iuvenis, sed prudentia senex loquebatur; cum pura, atque integra Christi columba, et turtur solitudinis, et castitatis cupidior quam nuptiarum, atque Mardarii martyris uxoris accensum in Christum amorem longe superans, quo meliora consulens in omnibus illis viro socia extitit, verbis eiuscemodi marito respondit. multo aequius fuerit, sponse charissime, virginitatis pulchritudinem semper integram servare, quam maxima ex parte eam inquinare: quis autem fore spondeat, ut qui huic saeculo serviunt, dantque libris operam, voti compotes quandoque fiant, non maturiore praerepti fato inani spe emigrent? quanto clarius, ut leve Christi iugum ab adolescentia tollentes, beatitudine, quae inde sequitur, nos dignos praestemus, quam ut ad breve tempus caducis istis, ac inanibus operam ponentes, haerente illis animo, pessimis rebus iugiter insistamus? haec illa cum dixisset, obstupuit adolescens; quippe qui rem novam, omnique maiorem expectatione audisset. ac primum quidem humi prostratus, gratias egit creatori; deinde laetiori

προσβλέψας ἱλαρώτερον, καὶ συνθήκας πρὸς ταύτην ποιησάμενος ὡς κοινωνὸν ἐν πᾶσι καλοῖς ἕξει, καὶ εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα σὺν αὐτῷ τῆς καλῆς ἐργασίας ἀπάρχεται· καὶ παραυτίκα μονάζοντες ἦσαν ἐν κοσμικῷ πολιτεύματι τὸν ἐκείνων βίον διακριβοῦντες, ξυνωρὶς παναγία, τὰς νοητὰς ἀνατέμνοντες αὔλακας καὶ ταῖς οὐρανίαις σηκοῖς τὸν νοητὸν σῖτον ἐναποτιθέμενοι. ἕτερον Χριστὸν εὐωδίᾳ τούτου γενόμενοι· καὶ τῆς ἐκείνου τῶν μύρων ὀσμῆς ἀντιλαμβανόμενοι, τὴν ἐκείνου κατεπλούτουν ἐπιδημίαν.

Τῆς συνήθους γοῦν παρ' αὐτοῖς νυκτερινῆς ἐκτελουμένης συνάξεως, εὐωδίας ὁ οἶκος πᾶς ἀναπίμπλαται, πᾶσαν συνήθη μακρῷ τῷ μέσῳ παρατρεχούσης, καὶ τὴν τοῦ δεσπότου παρουσίαν παραδηλούσης, ἣς τὴν πρόθεσιν τῶν θαυμασίων ἀποδεξάμενος, τῇ οἰκείᾳ κατηγλάϊσεν ἐπιδημίᾳ. ὑφαπλώσαντας οὖν ἑαυτοὺς τῷ ἐδάφει, τὰς τοῦ ἐλέους ἐπιβλῦσαι τούτοις ἤτουν πηγάς. καὶ δὴ τῆς θείας ἐμφανείας παρῳχηκυίας, τὸν πλοῦτον κενοῦντες, τῶν δεομένων ἐνεχείρουν χερσί, καὶ πρὸς τὴν ἀναχώρησιν ἐνσκευάζεσθαι. ἀντεστρατήγει δὲ τούτοις φθόνος τοῦ κοινοῦ πολεμίου πᾶσι βασκαίνων καλοῖς, καὶ κηδευτὴς ὁ τούτου ἐπ' αὐτοῖς μόνοις τὰς ἐλπίδας τοῦ βίου σαλεύων, ἐπὶ τοσοῦτον χαλεπήνας τῷ πράγματι, ὡς καὶ βασι-

2. ἕξῃ Par. 7. fort. γενομένου. 17. forte τοῦ πρὸς τὴν mg. Par.

vultu coniugem intuitus, ac pollicitus, se illam honestis omnibus in studiis, adeoque in futuro saeculo sociam habiturum, una praeclarum opus auspicatur. statimque monasticum institutum in saeculari vita consectantes, omni virtutum genere vitam excolunt; sanctum nempe par effecti, qui spiritales sulcos scinderent, inque caelestibus horreis spiritale itidem triticum reconderent. Christi bonus odor effecti ipsum oblectabant; bonumque eius unguentorum odorem percipientes, illius praesentia fruebantur.

Cum igitur pro sponsorum more sic noctem transegissent, tota domus boni odoris fragrantia repleta est, quae longo intervallo odoris omnem consuetam suavitatem superans, domini praesentiam indicabat. is nempe admirabilium coniugum propositum approbans, praesentia eos sua honestavit. sese igitur humi prosternentes, ut sibi misericordiae fontes manarent, obsecrabant. adeoque ubi res transacta esset, praeterieratque divinae ille conspectus praesentiae, opes affatim effundentes, pauperum manibus contradebant, quo se ad vitam in solitudine degendam compararent. sed communis hostis invidia, quam ipse ex rebus honestis praeclarisque contrahit, adversabatur. socerque eius, qui omnem in ipsis solis rerum suarum spem positam

λία πρὸς μέγαν ἐξερεθίσαι θυμόν. Λέων δὲ οὗτος ἦν, ὁ τοῦ Κοπρωνύμου υἱὸς καὶ διάδοχος, ὃς τὸν νέον ὑπεραλγήσας καὶ τὸν οἰκεῖον φίλον τιμῶν, ὀμμάτων δεῖξαι χηρεύοντα τὸν νεανίαν, εἰ μὴ τῆς ἐγχειρήσεως ἐκστατίη, σὺν ὅρκοις διηπειλεῖτο· καὶ πρὸς τὴν Κύζικον ἐξαπέστειλεν, ἀξιόχρεων ἐγχειρήσας πραγμάτων διοίκησιν, ὡς ἂν τοῖς ματαίοις καὶ τῷ χρόνῳ παραρρέουσιν ἀγεννῶς ἐνασχολούμενος, λήθῃ παραθοίη τῶν ἀεὶ ἐστώτων τὴν ἀγλαΐαν. ὁ δὲ ὥσπερ ἑρμαῖον τὴν ἔξοδον ἀσπασάμενος, ἐπιτυγχάνει κατὰ τὴν ἐπὶ Σιγριανὴν πάροδον γέροντι τὰ πάντα θαυμασίῳ, Γρηγορίῳ τούνομα, εἴπερ καὶ ὀνόματος ἡμῖν μέλει, ἄλλοις τε κατηγλαϊσμένῳ χαρίσμασι καὶ προφητείας χάριτι λαμπομένῳ· ὃς πολλοῖς ἱδρῶσι ἐλευθέραν τῶν παθῶν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀπεργασάμενος, πρός τε θεοπτίαν ἐπιτήδειος καὶ πρὸς τοῦ μέλλοντος κατανόησιν ἐγεγόνει· καὶ τὰ τῆς προθέσεως ἀνατίθησι, καὶ τὴν φυγαδείαν ἐν βουλαῖς οὖσαν [ὅσον] ὑποκαθυποφαίνει. ὁ δὲ συνήθως τῷ παναγίῳ καταλαμφθεὶς πνεύματι, οὐδέν σοι, φησί, τῆς φυγαδείας, ὦ νεανία, μετ' ὀλίγον ἀκωλύτου τῆς ἀναχωρήσεως ἐσομένης. ὁ γὰρ σὸς κηδευτὴς ἅμα τῷ βασιλεύοντι τῆς παρούσης βιοτῆς ἀπωσθέντες, πρὸς τὴν ἐκεῖσε μετακομισθήσονται συνοικίαν. καὶ τῇ συνούσῃ ψιθύροις ἐπεφώνει τοῖς χείλεσι, ὡς

4. διηπειλῆτο Par. 16. ὅσον delendum videtur. 18. μετ' ὀλίγου Par.

habebat, consilium sic aegre tulit, ut ipsum quoque imperatorem in magnam indignationem impulerit. Leo hic fuit Copronymi filius, ac imperii heres. is adolescentis vicem dolens, propriumque amicum honorans, iureiurando comminatus est se adolescenti oculos effossurum, nisi a proposito desisteret. misit itaque Cyzicum, munusque praeclarum commisit, ut dum rebus vanis, ac quae tempore diffluunt, ignaviter impenditur, earum quae semper permanent, oblivisceretur. at ille tanquam oblatum, quod urbe exeundum esset, amplexus, remque lubenter habens; dum apud Sigrianem transit, admirando seni Gregorio nomine, viro cum aliis donis, tum prophetiae gratia illustri, occurrit. multis enim is sudoribus animum a perturbationibus liberum, seque tam ad contemplationem rerum divinarum, tum ad eorum, quae ventura essent, cognitionem, aptum reddiderat. huic Theophanes animi sui propositum aperit, ac se fugam meditari subindicat. ille sancto spiritu, ut erat solitus, illustratus: nihil est, inquit, o iuvenis, quamobrem de fuga cogites: paulo post enim licebit tibi, nemine prohibente, ad solitudinem te conferre. tuus namque socer, necnon imperator vivis exempti ad aevi futuri contubernium commigrabunt. tum uxori, quae comes erat, labiis ad aures susurrat, fore,

ὁ καλὸς οὑτοσὶ νεανίας καὶ μαρτύρων κομισθήσεται στέφη καιρῷ τῷ προσήκοντι.

Ἦν δὲ τῷ τοῦ γέροντος ἐξυπηρετούμενος ὑποζυγίῳ, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἢ τῇ βασιλείῳ τῶν ἵππων ὑπηρεσίᾳ μεγαλαυχούμενος, ἐν ᾗ καὶ διέπρεπε. τούτου τῇ διδασκαλίᾳ προσμείνας, καὶ πατέρων ἑτέρων ἐπισκέψεσι ἐμβραδύνας, ὠφίσθη τῆς οἰκαδε ὑποστροφῆς, καὶ τῷ τυχόντι χωρίῳ σὺν τοῖς συνοῦσιν, ὡς εἶχε σκευῆς, ἐγκατέμεινε· κάυσωνί τε πολλῷ καὶ δίψῃ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν συνεχόμενος, οὐ δυσχεραίνων τῷ συμβεβηκότι, οὐκ ἀπουσίᾳ τοῦ ὕδατος πρὸς μεταμέλειαν ὑποφερόμενος, οὐ * προσίασε τοῦ δίψους τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἐκμειλισσόμενος, ἀλλὰ τὰς συνήθεις ἀποδοὺς τούτῳ προσευχάς, ἐπὶ τοῦ προσόντος ἀνέκειτο τάπητος, ὕπνῳ βραχὺ παραμυθήσασθαι τὸ δίψος ἐθέλων. ἀλλ' ὁ τῶν θαυμασίων θεὸς ἐντρυφῶντα δι' αὐτὸν τοῖς πόνοις τὸν νεανίαν ὁρῶν, μεγαλοτιμῷ τερατουργήματι· ὁ γὰρ ἀγνώμονι λαῷ ἐξ ἀκροτόμου βλύσας τὰ νάματα πῶς οὐκ ἔμελλεν εὐγνώμονι νεανίᾳ τὰ τῆς χρείας παρέξεσθαι; πλησίον γοῦν οὗπερ ἐπέκειτο τάπητος, πηγή τις θείῳ προστάγματι παραδόξως ἀνέβλυσε, καὶ θίξει τῷ θεράποντι τὴν αἴσθησιν ἐμποιήσασα, πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτῆς διήγειρεν· καὶ τοὺς συνόντας προσκαλεσάμενος τὸ θεοδώρη-

3. ἐξεπηρετ. Par. 11. προσίασε] παρουσίᾳ τε mg. Par. fort. πιάσει. 15. ἔμελεν Par.

ut praeclarus iuvenis martyrum quoque lauream opportuno tempore reportaret.

Senioris inserviebat iumento, eoque magis, quam regio equorum ministerio gloriabatur, quo ipso ornatus erat. senis igitur doctrinae assiduus, ac dum visendis aliis patribus tempus terit, demum redituram hora tardior prohibuit; unaque cum sociis loco primum obvio cum supellectile consedit. cumque interim ingenti aestu sitique ipse pariter ac comites excruciarentur, haud tamen quod acciderat indigne ferens, vel aquae penuria eo adductus, ut se itineris poeniteret, aut ut saltem sitim depulsurus dominum suum votis fatigaret; sed ubi solitas preces reddidisset, super tapete illic expanso recumbebat, somno paulisper sitim leniturus. at rerum mirabilium effector deus, iuvenem intuens propter se libenti animo labores ferentem, magno illum miraculo decoravit. qui enim ingrato populo ex durissima petra latices effudit, cur probo iuveni necessaria non subministraret? probe igitur ubi is strato tapete iacebat, divino iussu fons quidam admiranda scaturigine profluxit: tactuque suo servum dei excitans, sese illi patefecit: qui sociis convocatis, sitis remedium a deo datum ostendit. cavis igitur manibus aquam haurientes, suaves illos divi-

τον ἐπεδείκνυε τοῦ δίψους ἴαμα· καὶ κοίλαις χερσὶν ἀρυσάμενος τοῦ προσηνοῦς ἐκείνου, καὶ θεοσδότου καταπήλυνον νάματος, τὴν προσήκουσαν εὐχαριστίαν τῷ δοτῆρι πάντων καλῶν, ὡς τὸ εἰκός, ἀναπέμποντες. τοῦ μή τινα δὲ δόκησιν ἐμποιῆσαι, ὡς ἀφανεῖ καλυπτομένη τύχῃ πρὸς τουμπανὲς ἥκει ἀθρόον ἀναφανεῖσα, διὰ νυκτὸς ἀπῴχετο, ὡς μηδὲ ἴχνος ἐς τὸ πρωῒ ταύτης ἐμφανισθῆναι. τοῦτο τῆς τοῦ θείου θεράποντος παιδόθεν πρὸς θεὸν ἀγάπης πρὸς ὑπάδειγμα, τοσοῦτον τὴν τοῦ θεόπτου Μωϋσέως παρατρέχον θαυματουργίαν, ὅσον ὁ μὲν αἰτήσας, ὁ δὲ μὴ τοῦτο πράξας ἔλαβε· καὶ ὁ μὲν ἀναγκῃ τῶν γογγυσμῶν τῶν οἰκείων ἐξεβιάζετο δοῦναι δεσπότην· ὁ δὲ ναρτερίᾳ καὶ τῇ τῶν συνόντων εὐχαριστίᾳ τὸν ἴδιον ἐφείλκετο δοῦναι δεσπότην· καὶ οἱ μὲν τὸ δωρηθέν, ἵνα μὴ λέγω Μωϋσέα, κατερρύπωσαν ἀμφιβολίᾳ· οἱ δὲ τὸ δοθὲν τῇ τοῦ καλοῦ προκοπῇ κατεκόσμησαν.

Οὔπω γὰρ τριῶν παριππευσάντων ἐτῶν, κηδευτὴς ὁ τούτου ἅμα τῷ βασιλεύοντι τῆς παρούσης ἐκτιμηθέντες εὐκλείας, πρὸς τὴν ὑφειλομένην παρεπέμφθησαν ἐνοικείαν. Εἰρήνη δὲ τὸ κρατιῶφρον ἐκεῖνο καὶ θεοφάρητον γύναιον τῆς βασιλείας σὺν υἱῷ τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται· εἴπερ χρὴ γύναιον καλεῖν τὴν κατ' ἐχθρῶν καὶ παθῶν ἀρρενωπῷ καθωπλισμένην φρο-

2. κατεπήλυνον Par. 5. ἀφανείᾳ Par. 8. fort. προσυπόδειγμα. 9. παρατρέχων Par. 11. γογγυσιῶν Par. 13. ἀφείλκετο Par. 14. τὸ] τῷ Par.

noque munere concessos latices, debitas bonorum omnium largitori deo gratiarum actiones reddentes, pro eo ac officii ratio petebat, perceperunt. at ne quis posset suspicari, fontem illum cum occulte lateret, repente in apertum productum erupisse, nocte sic evanuit, ut ne vestigium quidem eius ullum mane relinqueretur. hoc amoris, quo sanctus hic iam inde a puero deum prosequebatur, signum fuit: tanto maius illo, quod Moyses dei inspector edidit, quod ipse precibus rem impetravit; hic autem ne id postulans quidem. praeterea ille murmurantium suorum necessitate adductus, dominum ad largiendum impulit: hic autem patientia, et gratiarum actione utens cum sociis suis, proprium dominum movit? ad haec Iudaei (ne dicam Mosem) incredulitate munus inquinarunt; hi autem concessum donum honestatis accessione honestarunt.

Nondum anni tres praeterierant, cum socer eius, et imperator a mundi gloria excisi, ad domicilium quod eos deceret, translati sunt. Irene autem mulier illa fortis animi, ac divino sensu praedita, cum filio imperii gubernacula suscepit (si tamen mulier dicenda est, quae adversum hostes, ac perturbationes virilem animum gessit.) tumque

νήματι· καὶ σπένδεται φύσις βροτῶν ἀλλήλοις τε καὶ θεῷ, πολυχρόνιον κεκτημένη τὸν πόλεμον· καὶ εἰς ἅπαν ἐκκαθαρισθείσης *, πάντα πρὸς τὸ φαιδρὸν μετεβάλλετο. τότε καὶ ἥλιος ὁ πάντ' ἐφορῶν ἡμέραν ἐπῆθεν ὅλοσχερῶς ἐλευθέριον, καὶ τὸ στυγνὸν τῆς κατηφείας ὃ πολλοῖς περιεβέβλητο χρόνοις ἀποδυσάμενος σταθερώτερον ἐξέλαμπε. τότε τοίνυν τῶν οἰκείων βουλευμάτων ἡ θεοκόσμητος καὶ φίλαγνος ξυνωρὶς ἐν ἐξουσίᾳ γενομένη, τὸν προσόντα ποικίλον πλοῦτον τῆς οἰκίας ἐκφοροῦντες, πᾶσι τῆς ἐν χρείᾳ καθεστηκόσι διένεμον· καὶ μία φιλοθέων οἰκία πολλοῖς ὑπηρετησαμένη τὰ πρόσφορα, καὶ τῶν τῷ θεῷ προσανεχόντων τὰ φαῦλα διαφερόντως θεραπεύσασα, τὸν τὰ ἐκείνων ἰδιοποιούμενον μεγάλως κατέτερπε.

Ταῦτα οὖν καὶ τὰ ἄλλα ὅσα προσῆκε διαπραξάμενοι, ἡ μὲν τῷ κατὰ Πριγκίπου σεμνείῳ αὐτοῖς κτήμασι ἐγκατοικίζεται, ὁ δὲ πρὸς τὸν μέγαν ἐπανατρέχει Στρατήγιον, ἐν τῷ κατὰ τὴν Σιγριανὴν Πολυχρονίῳ τυγχάνοντα, ὃ πάλαι τούτῳ παρ' αὐτοῦ δεδώρητο ῥᾳστώνης χάριν καὶ ἀναπαύσεως, κἀκεῖσε ταῖς ἐκείνου χερσὶν ἀποκείρεται· μᾶλλον μὲν οὖν ἱερουργεῖται πολλῷ τῆς τοῦ μεγάλου Ἰσαὰκ θυσίας ἱερουργίαν ἱερωτέραν, ὅσον τοῦ ἀκουσίου σεμνότερον τὸ ἑκούσιον, καὶ τοῦ μὴ τετελεσμένου τὸ πέρας λαβόν· κἀκείνῳ τὴν μονὴν

3. ἄχλυος vel simile quid excidisse videtur. 4. ἐπῆθεν] ἐπίθεν Par. et in margine: forte ἐποίησεν. 8. οἰκείας Par.

humanum genus, quod diuturno bello laboraverat, cum secum ipsum, tum cum deo conciliatur: prorsusque depulsis tenebris, laetiorem omnia faciem induebant. tunc quoque sol, qui cuncta lustrat, diem ex omni parte librum extulit, et moerorem atque tristitiam, quae diu ipsum occupaverat, exuens, nitidius eluxit. tunc igitur a deo ornatum, ac castitatis amans par illud, eius quod animo constitutum erat, nactum potestatem, uberes domo divitias proferentes, in omnes large egenos erogabant. adeoque una dei amantium domus, multis, quae victui erant necessaria subministrans, et eorum qui se deo dedideraant, pauperiem vitaeque incommoda eximie sublevans, deum ipsum, qui haec sua fecerat, vehementer oblectabat.

Cum igitur haec et alia multa perfecissent, illa quidem in monasterio quod in insula Principe situm est, collatis eo facultatibus suis consedit: hic autem ad magnum Strategium revertitur apud Sigrianam degentem in monasterio, cui nomen Polychronius; quod is ab ipso otii quietisque gratia donatum acceperat: illicque manibus illius detondetur; imo vero immolatur, hostia quam magnus Isaac longe sacratiore, quo praestantius sanctiusque quod ultro fit, quam quod praeter voluntatem, atque id, quod peractum est, eo cui finis

αὐτοῖς κτήμασιν ἀναθεὶς (πολλὰ γὰρ ἦν, ἃ ταύτῃ συγκαθιέρωσεν) βουλήσει τούτου καὶ γνώμῃ πρὸς τὴν νῆσον διαπεραιοῦται ἣν Καλώνυμον κικλήσκουσιν, καὶ τὸ προσὸν ἐν ταύτῃ πατρόθεν κτημάτιον μοναστήριον ἐκ τῶν ὑπολειφθέντων δειμάμενος, ἐκ τῆς Θεοδώρου μονῆς ἀθροίσας μονάζοντας, ὃν Μονοχεράριον οἱ εἰδότες ἐπονομάζουσι. ὅσης δὲ ἀρετῆς ὑπῆρχεν οὗτος ἀνάπλεως, καὶ ἡ δημώδης σαφῶς παρίστησι παροιμία. τούτοις τὴν τῆς μονῆς δεσποτείαν δωρησάμενος, καὶ τὸν πάντων δοκιμώτατον ἀναδείξας ἡγούμενον, ἀρχέτυπον ὑπακοῆς τοῖς λοιποῖς ἐγνωρίζετο, ταπεινώσει μὲν τοσαύτῃ κοσμούμενος, ὡς μηδενὶ τῶν ἄλλων οἰκτρότησιν παραβάλλεσθαι· ἀσκήσει δὲ καὶ χαμευνίᾳ τηλικαύτῃ περιλαμπόμενος, ὡς παρατρέχειν πολλῷ τῷ μέσῳ τοὺς ἅπαντας. τῇ δὲ τῶν θείων βίβλων γραφῇ σχολάζων * ἀνημέριον, ἣν οὐκ ἐκ παιδείας ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ πόνῳ διηνεκεῖ καὶ θείᾳ κτησάμενος χάριτι ἀκριβῶς μετήρχετο. παννύχιον τῇ καθαρᾷ προσευχῇ πρὸς Χριστὸν ἐκδημῶν τὸν ποθούμενον, τὴν εὐμένειαν ἐφείλκετο τούτου· καὶ θυμὸν δὲ κατὰ δαιμόνων στρατολογήσας καὶ παθῶν, παρὰ τοῖς πᾶσιν ἅπερ τις Μωσῆς ἕτερος καθωρᾶτο. ἐπιθυμίαν δὲ τῶν γηΐνων ἀποστήσας εἰς ἅπαν, μόνοις τοῖς θείοις προσέμενεν, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ καρτερίᾳ καὶ τῇ τῶν δει-

2. διαπαιρεοῦται Par. 4. δημάμενος Par. 6. οἰδότες Par. 7. δημόδης Par. 14. καθ' ἡμέραν mg. Par. fort. ἐνημέρευε. 18. fort. ὥσπερ vel καθάπερ. 19. ἕτερος] ἥπιος mg. Par. male.

reique absolutio defuit. illi itaque monasterio cum praedio totaque possessione, quae amplissima erat, donario oblato, eius voluntate ac consilio ad insulam, quam Calonymum vocant, se contulit; ac praediolo, quod in ea paternum habebat ex reliquis facultatibus, in monasterium extructo, monachos ex Theodori, quem Monacherarium vocitant, accivit monasterio. quantae autem is virtutis esset, vel vulgi proverbium facile indicat. in horum iura monasterio concesso, omniumque probatissimo praefecto illius constituto, obedientiae exemplar se ipsum exhibuit. tanta praestabat humilitate, ut supra omnes miserabilem sese deploraret. sic autem austerioris vitae exercitiis, lectique duritie clarebat, ut longo omnes post se relinqueret intervallo. divinorum librorum scriptioni assidue incumbebat, quorum scientiam non humana disciplina, sed labore continuo, et divina gratia plene callebat. noctem precando consumens, puraque oratione in Christum, cuius tenebatur desiderio, excedens, illius sibi benevolentiam conciliabat. cumque adversus daemones, animique aegritudines instructa ira pugnaret, cunctis lenis tanquam Moses alter apparebat. rerum terrenarum cupiditatem sic abiecerat, ut divinis tantum vacaret. quanta

νῶν ὑπεροψίᾳ ὅση κατηγλαΐζετο, οἱ τελευταῖοι τούτου μάλιστα παρέδειξαν χρόνοι.

Οὕτω δὴ τούτου ταῖς ἀρεταῖς ἀπακμάζοντος, τὴν ἐπίκηρον βιότην ὁ τῆς μονῆς προστάτης ἀφείς, πρὸς τὴν ἀγήρων μεταβιβάζεται λῆξιν. πάντων δὲ συνδρομὴ ἐπ' αὐτὸν καὶ ἱκεσία, σὺν δάκρυσι προστῆναι τοῦτον ἱκετευόντων καὶ τῆς σωτηρίας ἡγήσασθαι, ὧν καὶ τὴν ἐσχάτην τάξιν πληρῶν ἀρεταῖς ἐφωταγώγει τούτους καὶ πράξεσι. ἀλλ' οὐκ ἔπειθον γνώμην τοῖς ταπεινοῖς ἐμμένειν ἐμμελετήσασαν· καὶ ὅσον ἀρετὴ πρὸς ὕψος ἦγε μετέωρον, ἐπὶ τοσοῦτον τούτοις φιλονεικοῦσαν ἐγκαλλωπίζεσθαι. ἀμέλει πάντα παρὰ φαῦλον θέμενος, τὴν ῥάβδον ἐπὶ χεῖρας λαβών, καὶ τῇ ἐλπίδι Χριστόν, ᾗ διὰ βίου * συνέρει παντός, ἀραρότως θωρακισάμενος, ἐπὶ τὸ τῆς Σιγριανῆς ὄρος ἀφικνεῖται· καὶ παρά τινος Γεωργοῦ χαρίον ὠνησάμενος ὅπερ ἀνέκαθεν Ἀγρὸς ὠνομάζετο· ἦν δὲ παρὰ θεοφιλῶν κεκομισμένος δάνειον, οὐ γὰρ * ψυχῆς ἐκέκτητό τι καὶ τοῦ περικειμένου ῥακίου τῷ σώματι, μύσας τὰς αἰσθήσεις, καὶ σαρκὸς ἔξω καὶ κόσμου γενόμενος, ἐν αὐτῷ τὴν παροικίαν ἐποιεῖτο τοῦ βίου· τῇ μὲν θεοσδότῳ τῶν χειρῶν ἐργασίᾳ ἐπὶ τοσοῦτον προσκείμενος, ὡς οὔπω παριππεύσαντος χρόνου ἀποδοῦναι μὲν τοῖς δεδανεικόσι τὸ ὄφλημα, ἑαυτῷ δὲ

4. *βιώτην.* *ἀγήρω* Par. 13. fort. *συνήρει* vel *συνήρειδε.* 16. *κεκομισμένον* Par. ante *ψυχῆς πλὴν* vel *χωρὶς* excidisse videtur.

porro fortitudine eniteret, laborumque ac aerumnarum sustinentia atque contemptu, extrema ipsius tempora potissimum indicarunt.

Sic igitur illo virtutibus florente, monasterii praefectus ab hac mortali vita discessit ad immortalem. tum ad eum universorum concursu facto, cum lacrymis supplices rogant ipsis praeesse velit, ac salutis ducem agere, qui vel extremum apud eos locum tenens, virtutibus vitaque agenda illis praeluceret. nihil tamen eius animum movere potuerunt, cuius unum studium erat, ut in abiectis humilis permaneret: ac quanto sublimior virtute tollebatur, tanto his honestari amplius contendebat. denique spretis omnibus, assumptoque in manum baculo, ac spei vi, cui quoad vixit nixus fuerat, Christum pro thorace apte induens, ad Sigrianae montem venit: coemptoque ab agricola praediolo, cui olim iam agri nomen erat (nempe mutuo a viris religiosis accepta pecunia, cum praeter animum, vilesque pannos quibus tegebatur corpus nihil possideret) clausis sensibus, ac carne mundoque excedens, illic domicilium sibi statuit. manuum labore, ac divinitus concessa operis industria tantum profecit, ut nondum elapso anno cum mutuo sumptam pecuniam redderet, tum victui necessaria

τὰ τῆς χρείας ἐκ τῶν χειρῶν πορίζεσθαι. αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ κρείττων ἑκάστης γενόμενος, τῶν ὄπιθεν ἐπιλανθανόμενος, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, ἐπηύξει τοῖς ἔμπροσθεν, οὐ τὴν ἐν τῷ καλῷ μονὴν προκοπὴν ἡγούμενος, ἀλλὰ τῷ μὴ προβαίνειν ἐν τούτῳ, ζημίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν οἰόμενος. συνήργει δὲ τούτῳ χάρις ἐν πᾶσι καλοῖς, ἥ παιδόθεν ἀναπαυσαμένη τούτῳ καὶ διηνεκῶς ἐπιλάμπουσα.

Καὶ τίς ἂν τούτου τὰς πρὸς θεὸν δι' εὐχῶν ἐκδημίας, αἳ τῶν ἐνύλων εἰς ἅπαν ἀποκαθάρασαι ὄργανον θείων ἐνεργειῶν εἰργάσαντο, κατ' ἀξίαν ἐκφράσαι δυνήσαιτο; τίς δὲ τὸ τῆς σωφροσύνης κάλλος τῆς τούτου καρδίας ἔξειπεῖν ἰσχύσειεν, ἢ τοῖς ἀσωμάτοις συναπτουσα καὶ θεοῦ δοχεῖον ἐργαζομένη καθαρώτατον, πρός τε θεοπτίαν ἀνῆγε καὶ τὸ μέλλον ὡς παρὸν ὁρᾷν παρεσκεύασε; τίς δὲ λόγος τῆς ἐκείνου πρὸς θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπης τρανῶσαι φιλονεικήσει τὸ ἀκόρεστον, κἂν πρὸς αὐτὸν αἰθέρα πτεροφυήσας ἐπαναβαίη; τῆς πίστεως τὸ στερρὸν καὶ διπλόης ἁπάσης ἀμέτοχον, τῆς ἐλπίδος τὸ ἄρρηκτον, ἥ παιδόθεν θωρακισάμενος τὴν τε τῶν μελλόντων ἀπόλαυσιν ὡς παροῦσαν λογιζόμενος ἐκρατύνετο; ἀλλὰ γὰρ ἀρετὴ φωτοβόλοις πυρσεύουσα χάρισι πολλοὺς ἐκάλει πρὸς μίμησιν. ἀμέλει τὸ ἥπιον Χριστοῦ ζυγὸν ὑποδύντες, παιδοτρίβην τοῦ ζῆν πρὸς ἀρετὴν ὑπαλείφοντα κατεπλούτουν. τῆς

3. ἐπεξετείνετο exspectes secundum Phil. 3. v. 15. 10. ἠργάσαντο Par.

compararet. in dies autem se ipso melior evadens, et quae retro sunt (ut apostoli verbis utar) obliviscens, ad anteriora contendebat. neque enim profectus loco ducebat, ut in bono quod adeptus erat, consisteret: imo non mediocre damnum existimabat, nisi semper in eo proveheret. comes autem et adiutrix omnibus in bonis illi erat gratia dei, quae a puero in illo conquieverat, ac iugitur lucebat.

occisis, aliis cum apparatu bellico in captivitatem ductis, igne tandem ab eis absumitur. porro Philippicus, Heraclio Romani exercitus relicto ductore, rursus Byzantium iter parat. Tarsum adveniens, Priscum orientis ducem ab imperatore creatum iamque missum intelligit: quare scribit Heraclio, ut relicto exercitu Narsetem in Armenia conveniat, et Prisci adventum faciat manifestum. Philippicum siquidem, ut quarta stipendii parte privaret exercitum, litteris iusserat imperator. avaritiae quippe morbo gravius laborabat Mauricius. at Philippicus metuens, ne inde tyrannidis excitandae occasio daretur, imperatori minime paruit, quod se a regendi exercitus munere abdicasset. caeterum Priscus Antiochiam appulsus, milites ad Monocartum convenire iussit: et Germano, cui Edessenorum principatus erat commissus, cum urbis praesule advocato, eisdem comitibus perrexit ad castra, una cum eis paschalem solemnitatem peracturus. exercitus duces castris egressi ad passus bis mille bandis elatis processerunt obviam: Priscus pristini moris oblitus equo non desiliit, neque consuetis salutationibus eos excepit. haec concitati in eum odii primordia: pu-

αὐτῷ τοῦ μίσους γέγονεν ἔναρξις. ἐπὶ ταῖς κοιναῖς γὰρ ὕβρε- V. 175
σι τὰ πλήθη ἀνιῶνται. μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τὰ τοῦ βασιλέως σοβαρῶς ἐπεδείκνυεν γράμματα. συρρέουσι τοίνυν τὰ πλήθη ἐπὶ τὸ τοῦ στρατηγοῦ σκηνοπήγιον, τὰ μὲν ξίφη ἐπιφερόμενα, τὰ δὲ λίθους, τὰ δὲ ξύλα. γίνεται τοίνυν περιδεὴς ὁ Πρίσκος, καὶ ἐπιβὰς τῷ ἵππῳ φυγῇ ἀπέδρα τὸν κίνδυνον. οἱ δὲ διαρρήξαντες τὸ τούτου σκηνοπήγιον, πάντα τὰ αὐτοῦ διήρπασαν. ὁ δὲ καταλαβὼν τὴν Κωνσταντίαν ὑπὸ ἰατρῶν τὰς βολὰς τῶν λίθων καὶ τὰ ἕλκη ἐθεραπεύετο. καὶ ἀποστέλλει τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως ἀπολογούμενον τῷ στρατοπέδῳ, ὑπισχνούμενος πείθειν τὸν αὐτοκράτορα μηδὲν αὐτοῖς ἀποστε- P. 220
ρεῖν τῶν εἰωθότων παρέχεσθαι. ὁ δὲ στρατὸς τὸν ἐπίσκοπον μετὰ ὕβρεως ἀπεπέμπετο, τόν τε Γερμανὸν ἄκοντα στρατηγὸν ἀνηγόρευσαν ἐπὶ ἀσπίδος ὑψώσαντες, τούς τε βασιλικοὺς ἀνδριάντας κατέστρεψαν, καὶ τὰς τούτου εἰκόνας ἠφάνισαν, καὶ ἐπὶ τυραννίδα χωρεῖν ἤμελλον, καὶ τὰς πόλεις κυκλεύειν, εἰ μὴ ὁ Γερμανὸς τοῦτο πολλῇ παραινέσει καὶ νουθεσίᾳ ἐκώλυσεν. ὁ δὲ Πρίσκος ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατάδηλα πεποίηκεν. καὶ ὁ βασιλεὺς πάλιν τὸν Φιλιππικὸν τῆς ἀνατολῆς στρατη-

3. ἀπεδείκνυ A. 4. τὸ add. ex A. 10. ἀπολογούμενον a, ἀπολογούμενος vulg. 12. ἀποστερεῖν A, ἀποστρεφεῖν vulg. παρέχεσθαι a, παρασχέσθαι vulg. 13. ἀπεπέμπετο A, παρεπέμπειτο vulg. 14. ἀνηγόρευσαν A, ἀνηγόρευσεν vulg. 17. τοῦτο add. ex A, sed omisi τούτους ante ἐκώλυσεν. 19. πάλιν om. A b f.

blicas quippe et communes iniurias haud patienter ferunt milites. exacta festorum celebritate, imperatoris litteras magno cum fastu obtulit. concurrunt igitur ad ducis tentorium milites, et hi quidem gladios stringunt, illi lapides intentant, alii vibrant fustes et ligna. quare Priscus metu consternatus, conscenso equo, fuga periculo se subducit. illi tentorio eius discerpto, cunctam supellectilem diripiunt. interim Priscus Constantiam deveniens, contusiones a lapidum iactu acceptas aliaque vulnera medicorum ope curavit: misitque urbis episcopum, qui defensionem sui apud exercitum susciperet, promittens se imperatori suasurum, ut nihil eorum, quae solent erogari, detraheretur. exercitus autem episcopum probris onustum remisit: et Germanum quamvis renitentem clypeis sublatum ducem appellant: et eversis imperatoris statuis, deletisque eius imaginibus, in apertam prorupissent tyrannidem, urbesque devastationibus cinxissent, nisi Germanus, qua minis, qua inhortationibus milites cohibuisset: de quibus omnibus imperatorem Priscus fecit certiorem: is vero Philippicum orientis ducem iterum constituit: Priscus autem iterato Byzantium re-

γὸν πεποίηκεν· καὶ ὁ Πρίσκος πάλιν εἰς Βυζάντιον ὑπέστρεψεν· ὁ δὲ στρατὸς ὅρκοις κατησφαλίζετο μηδαμῶς ὑπὸ Μαυ-
B ρικίου βασιλεύεσθαι. οἱ δὲ βάρβαροι ταῖς Ῥωμαϊκαῖς συμφοραῖς ἐνετρύφων. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἀριστόβουλον τὸν κουράτορα τῶν βασιλικῶν οἴκων πρὸς τὸν στρατὸν ἀπέστειλεν, ὅπως ὅρκοις καὶ δώροις διαλύσῃ τὴν τυραννίδα, ὃ καὶ πεποίηκεν. τῆς δὲ τυραννίδος ἀποσπασθείσης γίνεται Περσῶν καὶ Ῥωμαίων κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν πόλεμος μέγιστος. τῶν δὲ Ῥωμαίων δυνάμει καὶ στρατηγίᾳ καταπολεμησάντων τοὺς Πέρσας, ἀναιρεῖται ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς Βαρού-
ζας· συλλαμβάνονται δὲ καὶ ζῶντες τρισχίλιοι καὶ οἱ τῶν Περσικῶν ταγμάτων ταξίαρχοι· χίλιοι δὲ μόνοι τὸν ἀριθμὸν διεσώθησαν, οἳ καὶ μετὰ κινδύνων ἐπὶ τὴν Περσίδα ἀνέ-
C στρεψαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐκπέμπουσι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐκ τῶν Περσικῶν λαφύρων πολλά, καὶ τοὺς ζωγρηθέντας ἅπαντας σὺν τοῖς βάνδοις. ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισεν τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις ὑπογράψας ἐν αὐτῷ διὰ ζωγράφων τὰς ἑαυτοῦ ἐκ παιδόθεν πράξεις μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ἀνεπλήρωσεν τὸ ἐν αὐτῷ δημόσιον λουτρόν.

A.M. 6080 D Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνι ς' οἱ Λογ-

2. ὅρκοις A, ὅρκους vulg. 3. Ῥωμαϊκαῖς A, βαρβαρικαῖς vulg. 4. ἐνετρύφων A, ἀνετρύφων vulg. 6. ὃ καὶ πεπ. A, ὃ δὲ πεπ. vulg. 12. χίλιοι δὲ μόνοι A, χίλιοι μὲν οἱ vulg.

petiit. exercitus vero Mauricio se haud amplius in bellis obsequuturos adhibitis iuramentis affirmare: ex quo barbari de Romanis calamitatibus laetari, et in voluptatem dilabi. demum imperator Aristobulum imperialium domorum curatorem ad exercitum summisit, qui fide per iuramentum asserta, nec non muneribus distributis excitatam tyrannidem dilueret, quod fideliter praestitit. ea tyrannide distracta vehemens Romanos inter et Persas ad Martyropolim commissum est bellum. Romanis vero bellico robore militiaeque peritia Persas exsuperantibus, Persarum dux Baruzas interficitur, vivi ad ter mille comprehenduntur, in quibus Persicorum ordinum praecipui rectores. soli numero mille periculo servati, qui denuo periculis fatigati Persidem repetere permissi sunt. caeterum partem ex Persicis spoliis spectatissimam Romanus exercitus ad imperatorem transmisit, quos nimirum vivos cepit, et erepta in praelio cuncta banda. aedificavit porro Mauricius ad Blachernas Carianam porticum, cunctaque a pueris ad susceptum usque imperium a se gesta pictorum arte in ea descripsit: et publicum quod illic habebatur balneum absolvit.

A. C. 580 Hoc anno mense Septembri, indictione sexta, Longobardi adver-

γιβαρδοι κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον ἤραντο, καὶ τὰ Μαυρουσίων ἔθνη κατὰ τὴν Ἀφρικὴν μεγάλας ταραχὰς ἐποιήσαντο. ἐν δὲ τῇ Περσίδι φυλακὴ ὑπάρχει λεγομένη Λήθη, καὶ πολλοὺς ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν ἐν ταύτῃ κατέκλεισεν σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις τῆς πόλεως τοῦ Δαρᾶς. οὗτοι οὖν ἀπογνόντες ἑαυτοὺς ἐπανίστανται κατὰ τῶν φυλασσόντων αὐτούς· καὶ ἀνελόντες τὸν Μανουσᾶν καὶ τὴν τούτου ἀδελφὴν λαβόντες εἰς τὸ Βυζάντιον ἦκον. ὁ δὲ βασι- P. 221
λεὺς μετὰ χαρᾶς μεγάλης αὐτοὺς ὑπεδέξατο· τὸν δὲ Φιλιπ-
πικὸν μόλις στρατηγὸν ὁ στρατὸς κατεδέξατο. πολέμου δὲ V. 176
Ῥωμαίων καὶ Περσῶν ἐν Μαρτυροπόλει γεγονότος ἡττῶνται Ῥωμαῖοι· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ πάλιν τῆς στρατηγίας τὸν Φιλιππικὸν διαδεξάμενος, Κομεντίολον στρατηγὸν τῆς ἀνατολῆς ἀπέστειλεν. ὁ δὲ Κομεντίολος περὶ τὴν Νίσιβιν γενόμενος, καὶ οἱ Πέρσαι κατὰ τὸν Σαρβανὰν ἀλλήλοις συνέβαλον. Ἡράκλειος δὲ ὁ τοῦ Ἡρακλείου πατὴρ ἐνευδοκιμήσας ἐν τῷ πολέμῳ ἀνεῖλεν τὸν τῶν Περσῶν στρατηγόν· τοῦ δὲ ἀναιρεθέντος τρέπονται Πέρσαι· καὶ διώκουσι Ῥωμαῖοι. πολλῆς δὲ ἁλώσεως ἐν αὐτοῖς γενομένης, παραλαμβάνουσι καὶ τὸ τοῦλ- B
δον, καὶ πολλὰ λάφυρα ἐν Βυζαντίῳ ἐκπέμπουσιν. ὁ δὲ αὐ-

2. μεγάλην vulg. 3. Λίθη A. 4. ἀπὸ add. ex A. 6. ἑαυτῶν A. 8. ἦκον A, ἦκαν vulg. 12. ὁ δὲ στρατ. A, καὶ ὁ στρ. vulg. 15. κατὰ Σαρβανῶν A. 19. δὲ ἁλώσ. A, δὲ τῆς ἁλ. vulg. τὸ τοῦλδον A, τὸν τ. vulg.

sus Romanos bellum moverunt: et Maurusiorum gentes per totam Africam magnos excitarunt tumultus. extat porro carcer in Perside, cui nomen Lethe, id est Oblivio, quo Persarum rex ex diversis nationibus plurimos, cum iis qui ad Daras capti sunt, inclusit. illi desperata libertate adversus custodes seditionem movent, et interfecto Manusa, sororem eius captam secum Byzantium abducunt: quos imperator summa animi laetitia excepit. porro Philippicum vix Romanus exercitus agnovit ducem. praelio vero Romanos inter et Persas exorto, vincuntur Romani: Philippicum vero regendi exercitus munere abdicatum, Comentiolo orientis duce misso, imperator revocavit. qui cum Nisibim accessisset, Persae vero ad Sarbanum subsisterent, manus invicem conseruere. eo conflictu Heraclius, Heraclii pater, fortiter in praelio se gerens Persarum ducem occidit: quo sublato vertuntur in fugam Persae: quos cum Romani insequuti fuissent, praedam abegerunt innumeram: bellicumque omnem apparatum multaque spolia capientes, cuncta Byzantium transmisere. imperator vero equestribus spectaculis et publicis conventibus et festivitatibus urbem

τοκράτωρ ἱππικαῖς θεωρίαις καὶ πανηγύρεσι τὴν πόλιν ἐφαίδρυνεν, καὶ τὰς νίκας ἐθριάμβευσεν. ὁ δὲ Ὁρμίσδας στρατηγὸν χειροτονήσας τὸν Βαράμ ἅμα καὶ δυνάμεσι πολλαῖς κατὰ Σουανίας ἐκπέμπει. ἀδοκήτως δὲ ταύτῃ ἐπιστάς, καταπολεμηθέντων τῶν Τούρκων ὑπὸ τῶν Περσῶν, τοσοῦτον Ὁρμίσδας ηὐξήθη, ὡς καὶ φόρους μ' χιλιάδας χρυσοῦ παρὰ τῶν Τούρκων λαβεῖν, πρότερον τούτου τὰ ἴσα τοῖς Τούρκοις τελοῦντος. τοῦ δὲ Βαράμ περιδόξου κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον γεγονότος, καὶ εἰς τὸν Ἀράξην ποταμὸν στρατοπεδευομένου, ὁ Μαυρίκιος τοῦτο μαθὼν Ῥωμανὸν χειροτονεῖ στρατηγόν, καὶ ἐν Σουανίᾳ μετὰ δυνάμεως πέμπει. καταλαβὼν δὲ ὁ Ῥωμανὸς τὴν Λαζικήν, καὶ εἰς τὸν Φάσιδα λεγόμενον ποταμόν, ἐπὶ τὴν Ἀλβανίαν στρατοπεδεύεται. ὁ δὲ Βαράμ τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν ἐπιδημήσαντα ἀκηκοώς, διεγέλα τὸ πρᾶγμα· ἐπεθύμει δὲ καὶ Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως πεῖραν λαβεῖν· οὐ γὰρ ἦν ποτὲ Ῥωμαίους πολεμήσας. διαβὰς τοίνυν τὸν γείτονα ποταμόν, ὡς ἐπὶ τὰ ἐνδότερα μέρη τῆς Περσίδος τοὺς Ῥωμαίους ἐφελκόμενος ἦει· ὁ δὲ Ῥωμανὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν πληθὺν ἐχώρισεν, τοὺς ἀδοκίμους εἰς τὸ τοῦλδον καταλιπών, καὶ δέκα χιλιάδας ἐπιλέκτους παραλαβὼν κατὰ τῶν βαρβάρων ἐχώρει· δύο δὲ χιλιάδας προτρέχειν τοῦ στρατοῦ

3. καὶ add. ex A. 4. Σουμανίας A. 9. Ἄραξιν A. 12. γενόμενον A. 13. Ἀλκανίαν A h. l. et infra. 19. ἐχώρισεν A, ἐχώριζεν vulg. 20. λαβὼν A.

exhilaravit, et ob partam victoriam triumphum duxit. Hormisdas porro Baram ducem designans cum ingentibus copiis in Suaniam transmittit. hic, impressione in eam facta, Turcos Persidae potestati armorum vi omnino subiicit, adeo ut Hormisdae res tantum inde ceperint incrementum, ut quadraginta auri millia in vectigal annuum Turcis imperaret, cum ipse Turcis antea tantundem penderet. Baram ea victoria circa res bellicas magnum nomen adepto, et ad Araxem fluvium iam castra metante, certior factus Mauricius Romanum ducem institutum cum exercitu in Suaniam dirigit. is ubi Lazicam devenit, et ad Phasidem amnem appulit, in Albaniam castra movet. Baram Romanorum aciem adesse intelligens, factum ridebat: et nondum inito illi cum Romanis certamine, Romanam bellandi artem experiri cupiebat. traiecto itaque vicino sibi flumine, ad interiores Persidis provincias Romanos pertracturus, progrediebatur. Romanus bipertito exercitu bello inexpertos ad impedimenta reliquit, et cum reliquis decem millibus selectis barbaros insequutus est. ex his bis mille caeteros praecedere, et cursu anteire iubentur, qui Persarum paribus

παρακελεύεται· οἵ τινες συναντήσαντες τοὺς προτρέχοντας τῶν Περσῶν, τούτους τρέπουσι, καὶ πάντας ἀνήλωσαν. τῆς γὰρ φυγῆς γεναμένης, καὶ κρημνοῦ συναντήσαντος αὐτοῖς, ἀποκλεισθέντες πάντες ἀνῃρέθησαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μέχρι τοῦ χάρακος τῶν βαρβάρων ἐγένοντο, ὡς καταπλαγῆναι τὸν Βαράμ ἐπὶ τούτῳ. τοῦτο ἀκηκοὼς Ῥωμανὸς παραθαρρύνει τὸ στρατόπεδον, καὶ παρατάσσονται ἐν πεδίῳ τῆς Ἀλβανίας. ὁ δὲ Βαράμ ἀπεπειρᾶτο κλέψαι τὸν πόλεμον, διηστόχησεν δὲ τοῦ βουλεύματος· συνέσει γὰρ ὁ Ῥωμανὸς ἐκεκόσμητο. συμβαλόντων δὲ ἀλλήλοις καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων βαρβάρων, μεγίστη Ῥωμαίων γίνεται νίκη· σκυλεύονται τοίνυν οἱ βάρ- P. 222
βαροι, καὶ ταφῆς ἀμοιρήσαντες, τοῖς θηρίοις γίνονται κατάβρωμα. τοῦτο ἀκούσας ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, καὶ τὴν αἰσχύνην μὴ φέρων, γυναικείων ἐσθῆτα τῷ Βαράμ ἐξέπεμψεν· καὶ τῆς στρατηγίας τοῦτον ἀπέπαυσεν. νεωτερίζει τοίνυν ὁ Βαράμ, καὶ πρὸς τυραννίδα χωρεῖ· καὶ ἀνθυβρίζει διὰ γραμμάτων τὸν Ὁρμίσδαν, ἐπιγράψας τὴν ἐπιστολήν· Ὁρμίσδᾳ τῇ θυγατρὶ Χοσρόου ὁ Βαράμ ταῦτα ἐπιστέλλει. συναγαγὼν δὲ τὰ στρατεύματα, ἔφασκεν ἀγανακτεῖν τὸν Ὁρμίσδαν

4. ἀνῃρέθησαν A, ἀνηλώθησαν vulg. 8. διησιόχησεν A, διητύχησεν vulg. 10. βαρβάρων add. ex A. 12. τοῖς add. ex A. 13. τοῦτο A, τούτων vulg. 15. ἀπέπαυσεν A, ἀπέπεμψεν vulg. 18. ἐπιστέλλει A, στέλλει vulg. 19. στρατεύματα A, στρατόπεδα vulg. ἀγανακτεῖν A, ἀγανακτῶν vulg.

praecursoribus obviam facti vertunt eos in fugam, et cunctos tandem trucidant. fuga quippe arrepta in obiectum praecipitium lapsi, et angustiis undique conclusi cuncti perierunt. Romanis inde ad vallum usque Persarum penetrantibus, Baram de tanta virtute obstupuit. Romanus his nuncii militum animos excitat, et in Albaniae campis castra metatur. Baram dolis potius quam aperto Marte victoriam suffurari meditatus, consiliis excidit: summa quippe bellandi peritia excellebat Romanus. consertis tandem ad utramque partem manibus, multisque barbarorum occisis, praeclara Romanis relicta est victoria. direptis spoliis barbarorum cadavera in ferarum escas per agros passim exposita iacuere. quibus auditis Persarum rex tanti dedecoris impatiens, muliebri veste ad Baram missa, ducis munere eum privavit. quare novandis rebus animum Baram applicat, et tyrannidem excitare molitur: Hormisdam insuper per litteras contumeliis reverberat, affixa in haec verba inscriptione: Hormisdae Chosrois filiae. et haec quidem Baram scripsit. ad haec cum exercitu colloquutus, ob cladem a Romanis acceptam Hormisdam militibus graviter succensere, asseve-

κατὰ τῶν στρατευμάτων, ὡς ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττηθέντων. ἐπε-
B δείκνυεν δὲ καὶ ἐπίπλαστα γράμματα ὡς ἀπὸ Ὁρμίσδα, πρὸς
τὸ ὑπομειῶσαι τὰς τῶν στρατιωτῶν ῥόγας, ὑπομιμνήσκων αὐ-
τοὺς τό τε ἀπηνὲς τοῦ Ὁρμίσδα καὶ ὠμότατον, τὸ φιλάργυ-
ρόν τε καὶ βίαιον· καὶ ὅπως φόνοις μὲν ἀρεσκόμενος, εἰρή-
V. 177 νης δὲ ἀπεχόμενος, καὶ πῶς τοὺς μεγιστᾶνας δεσμοῖς καθυ-
πέβαλεν· καὶ τοὺς μὲν ξίφει ἀπέτεμεν, τοὺς δὲ ἀπέπνιξεν
ἐν τῷ Τίγριδι· καὶ πῶς καταναγκάζειν Πέρσας ἐν μεγάλοις
πολέμοις χωρεῖν, ὅπως διαφθαρῶσι, καὶ μὴ κατ' αὐτοῦ στα-
σιάσωσιν. τοιούτοις δὲ λόγοις συμβαλὼν ὁ Βαράμ τὰ στρα-
C τεύματα, τυραννίδα μεγάλην κατὰ Ὁρμίσδα ἐξῆψεν· καὶ ὅρ-
κοις τὸν Βαράμ ὀχυρώσαντες δογματίζουσι πάντες καθελεῖν
τὸν Ὁρμίσδαν. ὁ δὲ Ὁρμίσδας Φερογάνην τὸν μάγειρον αὐ-
τοῦ καθοπλίσας, μετὰ δυνάμεως ἀπέστειλεν κατὰ Βαράμ. ὁ
δὲ Βαράμ ἐδήλου τῷ Φερογάνῃ καὶ τοῖς στρατεύμασι, ὅτι οὐ
δεῖ ὅπλα κατὰ Περσῶν ἐπιφέρεσθαι Πέρσας· καὶ ὑπεμίμνη-
σκεν αὐτοὺς τὴν τοῦ Ὁρμίσδα τραχύτητα, τὸ ὠδικον, τὸ αἱ-
μοχαρές, καὶ φιλόφονον, τὸ ἄπιστον καὶ ἀλαζονικόν τε καὶ
βίαιον. τούτων αἰσθόμενοι ἀληθῶς εἰρημένων οἱ περὶ τὸν

1. ἐπεδείκνυεν A, ὑπεδείκνυεν vulg. 3. τὰς add. ex A. 6. τοὺς μεγιστᾶνας A, τοὺς μεγιστάνους a, τοῖς μεγιστάνοις f, μεγιστανας vulg. καθυπέβαλεν A, καθυπέβαλλεν vulg. 10. τοιούτοις A, τούτοις vulg. 13. ὁ δὲ Ὁρμ. A, Ὁρμ. δὲ vulg. τὸν μάγιστρον A e f. 18. φιλόφονον A, φιλόπονον vulg. ἄπιστον καὶ ἄλαζον A, ἄπιστον, τὸ ἀλ. vulg. 19. εἰρημένων] φερομενον vulg.

ravit: fictas quoque litteras tanquam ab Hormisda missas, quibus militaria stipendia iuberentur minui, ostendit: quam immite demique foret Hormisdae ingenium, quam in immanitatem proclive, quanta pecuniae cogendae libido, quam propensus in violentiam animus, ipsis in memoriam revocare; ut caedibus gaudeat, pacem aversetur, vinculis subiecerit optimates, quos partim gladio, partim Tigridis fluentis absumpsit; ut Persicos exercitus diuturna bella sustinere coactos minuere satagat ac penitus labefactare, ne tumultus aut seditionem in eum moveant, ob oculos proponere. his verbis exercitum adversus Hormisdam committens, maximam in eum rebellionem excitavit. fidem vero suam adhibito iureiurando Baram obstringentes, Hormisdam regno depellere et e medio tollere decreverunt. at Hormisdas Pherogenem coquum suum armis instructum et magno exercitu stipatum contra Baram summisit. Baram ex adverso Pherogani et exercitui, a Persis in contribules Persas arma non movenda, significat: una simul asperum Hormisdae animum, ut nefariis actibus, sanguine ac caedibus

Φερογάγην λαοὶ πρὸς Βαρὰμ μετατίθενται· καὶ τὸν Φερογάνην ἀνελόντες τῷ Βαρὰμ ἠνώθησαν· καὶ ἐπὶ Κτησιφῶντα ὥρμησαν. ὁ δὲ Ὀρμίσδας εἶχεν ἐν δεσμοῖς Βινδόην τὸν ἐν D ἀξίᾳ μεγάλῃ τελοῦντα. ἐν δὲ σάλῳ μεγάλῳ τῶν πραγμάτων ὄντων Βεσδὰν ὁ τοῦ Βινδόου ἀδελφὰς εἰς τὴν φρουρὰν εἰσπηδήσας, ἐξάγει Βινδόην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ συναθροίσαντες πλῆθος ἀγροίκων τε καὶ πολιτικῶν τρίτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας εἰσέρχονται εἰς τὰ βασίλεια· καὶ εὑρόντες τὸν Ὀρμίσδαν ἐπὶ θρόνου βασιλικῶς καθεζόμενον, ὕβρεσι τρύτων πολλαῖς καὶ ὑπέβαλον. ὁ δὲ Βινδόης κρατήσας τὸν Ὀρμίσδαν, ἀφείλετο τὸ διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ εἰς φρουρὰν τοῦτον παρέδωκεν· παρεκάλει δὲ Χοσρόην τοῦ πατρῴου θρόνου ἀν- P. 223 θέξεσθαι. ὁ δὲ Ὀρμίσδας ἐκ τῆς φρουρᾶς ἄγγελον ἐξέπεμψεν τοῖς Πέρσαις, αἰτούμενος λαλῆσαι τὰ συμφέροντα τῇ Περσίδι. γίνεται τοίνυν τῇ ἐπαύριον, καὶ συνηθροίσθη ἡ σύγκλητος τῶν Περσῶν ἐν τοῖς βασιλείοις σὺν τῷ πλήθει, καὶ ἄγουσι τὸν Ὀρμίσδαν δέσμιον. ὁ δὲ Ὀρμίσδας ἀνεμίμνησκεν Πέρσας, ὡς οὐ δεῖ περὶ τοὺς βασιλεῖς ταῦτα ἐξαμαρτάνειν, καὶ ὅσα, ἀφ'

5. *Βεστᾶν* a. 6. *ἐξάγει* A a e, *εἰσάγει* vulg. 7. *πολιτικῶν* A, *πολιτῶν* vulg. 8. *εἰσέρχονται* A, *εἰσέρχεται* vulg. 9. *καθυπέβαλον* A, *καθυπέβαλλον* vulg. 10. *ἀφείλετο* A, *ἀφείλατο* vulg. 12. *ἀνθέξεσθαι* A a f, *ἀναδέξασθαι* vulg.

gaudeat, solerter exponit: his addit fidei inconstantiam, fastum arrogantem, et supra modum animi motus violentos. Pheroganis milites, ubi haec, quae alioqui vera erant, intellexere, ad Baram defecerunt, et Pherogane occiso illius exercitui se adiunxere; et ad Ctesiphontem profecti sunt. sub id vero tempus Bindoës amplissimae dignitatis vir ab Hormisda in vinculis detinebatur. porro in negotiorum procella summaque animorum perturbatione, Besdas Bindois frater in carcerem irrumpens, Bindoem fratrem inde extraxit: et collecta rusticorum atque civium turba, sub tertiam diei horam palatium ingressi, Hormisdam, quem regali habitu throno insidentem reperere, contumeliis variisque appetunt iniuriis. Bindoës autem Hormisdam apprehendens diadema ab eius capite avulsit, ipsumque in carcerem detrusit; Chosroëm vero ut paternum solium reciperet hortatus est. Hormisdas autem summisso ex carcere ad Persas nuncio, ut sibi, quae e Persarum re forent, dicendi copiam facerent, deprecatus est. indictus ergo in sequentem diem frequens Persarum conventus: qui ubi una cum plebe in regia congregatus fuit, Hormisdam vinctum coram adduci iussit. Hormisdas primum in reges, quae pateretur, non committenda, Persas monere: tum vero, quae tulisset tropaea, quae bona con-

οὗ ἐβασίλευσεν, τρόπαια πεποίηκεν, καὶ ὅσα εὐεργέτησεν Πέρσας, καὶ ὅπως Τούρκους τῇ Περσίδι φόρους τελεῖν πεποίηκεν, Ῥωμαίους δὲ εἰρήνης ἐρᾶν, καὶ ὅπως τὴν Μαρτυρόπολιν παρέ-
B λαβεν, καὶ τὰς πατρῴας ἀριστείας ἐξήγγειλεν. ἠξίου δὲ ἀποχειροτονηθῆναι Χοσρόην τῆς βασιλείας, ὡς φιλάδικον καὶ ἄπληστον, καὶ αἱμοχαρῆ, ὑπεροπτικόν τε καὶ ὕβριστὴν καὶ φιλοπόλεμον· ὑπεῖναι δὲ αὐτῷ παῖδα, καὶ τοῦτον μᾶλλον εἰς βασιλέα προχειρίσασθαι παρεκάλει. Βινδῶς δὲ πρὸς Ὁρμίσδαν ἀντέλεγεν, καὶ τὰ τούτου σφάλματα εἰς μέσον προβαλλόμενος πάντας διήγειρεν κατὰ τοῦ Ὁρμίσδα· καὶ ἄγουσιν εἰς μέσον τήν τε γυναῖκα Ὁρμίσδου καὶ τὸν υἱόν· καὶ τοῖς * προσειωθόσιν ἐπ' ὄψεσιν Ὁρμίσδου τούτους ἐδιχοτόμησαν. τὸν
C δὲ Ὁρμίσδαν τυφλώσαντες, τῇ φρουρᾷ ἐνεπέθεντο. καὶ ὁ μὲν Χοσρόης ἄχρι τινὸς τὸν πατέρα ἐφιλοφρόνησεν ἐν τῇ φρουρᾷ, πᾶσαν ἡδονὴν παρέχων· ὁ δὲ Ὁρμίσδας ὕβρεσι τοῦτον
V. 178 ἠμείβετο, καταπατῶν τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεμπόμενα. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Χοσρόης ῥοπάλοις ἀγρίοις ἐκέλευσε κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον τοῦτον ἀποθανεῖν. τοῦτο δὲ ἐλύπησεν τοὺς

2. ὅπως Τούρκους τῇ Περσίδι φόρους τελεῖν πεπ. A, ὅσους φόρους Τούρκων τελεῖν τῇ Π. πεπ. vulg. 7. αὐτῷ μᾶλλον παῖδα A, omisso μᾶλλον, quod sequitur. 12. προειωθόσιν A, quo sensu, nescio. 16. καταπατῶν — — πεμπόμενα om. A. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Χ. ῥοπ. A, ὠργίσθη δὲ ὁ Χ. καὶ ῥοπ. vulg. 17. κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον A, κατὰ τὸν λαγόνα τύπτεσθαι vulg.

tulisset, quantis tributis a Turcis deinceps pendendis Persicas res auxisset, commemorare: ut pacem quaerere coegisset Romanos, ut Martyropolim subegisset, quantis etiam apud Persas pater excelluisset praeclaris facinoribus, enarrare: quare Chosroëm ceu dissidiorum cupidum, avaritiae voraginem, caedibus assuetum, praesumptuosum, iniuriis inferendis pronum, bellorumque tumultibus gaudentem, regno privandum: minorem sibi esse filium, quem potius regem promovendum persuadebat. at Bindoës adversus Hormisdam perorans, et quos turpiter lapsus admisisset coram enumerans, consessum universum in Hormisdam incendit. uxorem tandem et filium Hormisdae producunt in medium, et sub ipsius Hormisdae conspectu serra medios dividunt: eum vero oculis privatum coniecerunt in carcerem. ac nonnullo quidam dierum intervallo patrem in custodia benigne excepit Chosroës, suppeditatis etiam, quae volupe forent, deliciis: Hormisda vero missa a rege munera pedibus conculcante, et iniurias conviciaque rependente, Chosroës ira percitus, fustibus agrestibus per ilia usque ad necem caedi iussit. tam immane facinus Persas afflixit, et omnium

Πέρσας, καὶ μῖσος κατὰ τοῦ Χοσρόου ἐνέθηκεν. Χοσρόης δὲ συναθροίσας δυνάμεις, τῶν βασιλείων ὑπεξελθὼν κατὰ τοῦ Βαράμ παρεγένετο ἐν πεδίῳ τοῦ Ζάβα ποταμοῦ, ἔνθα Βαρὰμ τὸν χάραξα εἶχεν. ὑπολαβὼν δὲ Χοσρόης, ὅτι τινὲς τῶν ἀρχόντων πρόσκεινται τῷ Βαράμ, τούτους ἐφόνευσεν. ταραχθέντος δὲ τοῦ λαοῦ, ἀποδιδράσκει Χοσρόης μετά τινων ὀλίγων καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Χοσρόην τῷ Βαράμ προσεχώρησαν. ὁ δὲ Χοσρόης ἠπόρει τί δράσοι, ἐνίων μὲν συμβουλευόντων αὐτῷ πρὸς Τούρκους χωρεῖν, ἑτέρων δὲ πρὸς Ῥωμαίους. ὁ δὲ Χοσρόης τοῦ ἵππου ἐπιβὰς καὶ τὸν χαλινὸν ἐάσας προστάττει πᾶσιν ἕπεσθαι τοῖς τοῦ ἵππου κινήμασιν. ὁ δὲ ἵππος ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ μέρη ἀπεκίνησε, καὶ πρὸς τὸ Κερκέσιον παραγίνεται· καὶ πρέσβεις ἐκπέμπει τὴν ἑαυτοῦ ἄφιξιν κατάδηλον Ῥωμαίοις ποιούμενος. ἔτυχε δὲ Πρόβον τὸν πατρίκιον ἐκεῖ ὄντα τοῦτον ὑποδέξασθαι, καὶ διὰ γραμμάτων τῷ βασιλεῖ μηνύσαντα τὰ κατ' αὐτόν. ὁ δὲ Βαρὰμ ἀπέστειλεν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν αἰτούμενος μὴ συμμαχῆσαι τῷ Χοσρόῃ· κελεύει δὲ ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος Κομεντιόλῳ στρατηγῷ εἰς Ἱεράπολιν τὸν Χοσρόην ὑποδέξασθαι, καὶ βασιλικαῖς θεραπείαις τιμῆσαι· τῷ δ' αὐτῷ ἔδει κατέδειξεν ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος γενέσθαι

2. τῶν add. ex A. 7. οἱ add. ex A. 8. δράσει A, δρᾶσαι f, δράσοιτο vulg. 10. τοῦ ἵππου A, τῶν ἵππων vulg. 12. Κέρσιον A. 13. ἐκπέμπει A, πέμπει vulg. 15. μηνύσας a. 16. πρὸς Μαυρίκιον A.

odium adversus Chosroëm provocavit. Chosroës collectis armatorum copiis regia se subduxit, et adversus in Zabae fluminis planitiem, qua Baram cum castris consederat, perrexit. optimatum vero suorum in Baram partes inclinare Chosroës suspicatus, eos morti tradidit: ex quo tumultuantibus copiis Chosroës cum paucis fugam inire cogitur: reliquus autem exercitus totus ad Baram defecit. quamobrem Chosroës quid sibi agendum foret incertus, cum alii ad Turcos, ad Romanos alii secedere suaderent, consendens equum, fraenumque remittens, spontaneos equi motus caeteros omnes sequi iussit. equus autem ad Romanorum fines progressus, ad Cercesium venit: tum vero legatos misit, qui adventum suum Romanis nunciarent. contigit autem Probum patricium ibi forte repertum eum excipere, et per literas, quae ad eum spectarent, cuncta imperatori significare. porro Baram, ne Chosroi suppetias ferret imperator, missis ad eum legatis oravit. at Mauricius imperator Comentiolo mandavit Chosroëm Hierapoli susciperet, et regiis honoribus prosequeretur. caeterum hoc etiam anno celebrandae ad Blachernas supplicationis in sanctae deiparae

εἰς τὴν μνήμην τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὴν λιτὴν ἐν Βλαχέρναις, καὶ ἐγκώμια λέγειν τῆς δεσποίνης, ὀνομάσας αὐτὴν πανήγυριν.

A.M. 6081 Περσῶν βασιλέως Χοσρόου ἔτος α'.

B Τούτῳ τῷ ἔτει τεκνοποιηθεὶς ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος Χοσρόην τὸν βασιλέα Περσῶν, Δομετιανὸν ἐπίσκοπον Μελιτινῆς πρὸς αὐτὸν ἐξέπεμψεν τὸν ἴδιον συγγενῆ σὺν Ναρσῇ, τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου τούτῳ καταπιστεύσας. οἵ τινες παραλαβόντες τὸν Χοσρόην καὶ πάσας τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις, εἰς τὴν Περσίδα εἰσβάλλουσιν. ὁ δὲ Βαρὰμ τοῦτο μαθὼν τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀναλαβών, ἐν τόπῳ Ἀλεξανδρίνης C ὀνομαζομένῳ ἐστρατοπέδευσεν, κωλύειν οἰόμενος τὰ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐρχόμενα στρατεύματα τοῦ μὴ ἑνωθῆναι τῷ Ναρσῇ. ἐκέλευσε γὰρ Μαυρίκιος Ἰωάννην τὸν Μουστάκωνα τὸν τῆς Ἀρμενίας στρατηλάτην ἀναλαβεῖν τὰ στρατεύματα, καὶ ἑνωθῆναι τῷ Ναρσῇ, τοῦ ἅμα συστήσασθαι τὸν πρὸς τὸν Βαρὰμ πόλεμον. διὰ δὲ τῆς νυκτὸς ἡνώθησαν πᾶσαι αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις, καὶ παρετάξαντο κατὰ Βαράμ. ὁ δὲ Βαρὰμ πρὸς τὸ ὄρος ἐστρατοπέδευσεν, δειλίᾳ κατεχόμενος. πολέμου δὲ φοβεροῦ προτεθέντος, ὁ Ναρσῆς τῶν Ἰνδικῶν καταφρονήσας θηρίων, τὴν μέσην τῶν βαρβάρων διέλυσε φάλαγγα. τού-

6. Μελιτηνῆς A. 9. τὸν add. ex A. 13. τῷ Ναρσῇ — — — — ἑνωθῆναι om. a. 17. πᾶσαι αἱ ἀμφότεραι δυν., καὶ πάντες ἐστρατεύσαντο κατὰ Βαρὰμ a. 20. φοβεροῦ add. ex A.

exemplar et normam imperator Mauricius dedit, et dominae encomia recitari iussit, idque panegyrim nuncupavit.

A.C. 581 Persarum regis Chosrois II. annus primus.

Hoc anno Chosroë Persarum rege in filium adoptato, Domitianum Melitines episcopum sanguine sibi coniunctum ad eum misit imperator Mauricius una cum Narsete, cui belli et exercitus regendi supremam contulit potestatem. illi Chosroë secum ducto, et universis Romanis copiis sibi adiunctis in Persiam irrumpunt. Baram eo accepto nuncio, quem secum habuit exercitum, loco cui nomen Alexandrias constituit, et castra metatus, copias ex Armenia eductas ne Narseti aggregaretur impedire meditabatur. Mustaconem quippe Ioannem Armenicae militiae magistrum acies sibi commendatas secum sumeret, et Narseti, bello una cum eo adversus Baram movendo se adiungeret, Mauricius imperaverat. de nocte itaque cunctae Romanorum copiae in aciem unam conflatae, in Baram praeclaro ordine instructae sunt. Baram metu agitatus ad montem castra metatur. inito certamine, Narses calcatis Indicis animantibus, mediam barbarorum

του δὲ γενομένου καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ Βαράμ ἠσθένησαν φάλαγγες, καὶ γίνεται τοῦ τυράννου μεγάλη φυγή. ὁ δὲ Ναρσῆς ἀκατασχέτως διώκων ἀνεῖλεν τοὺς Πέρσας. ἓξ δὲ χιλιάδας D ζωγρήσας, πρὸς Χοσρόην δεσμίους ἤγαγεν. ὁ δὲ Χοσρόης πάντας ἀνεῖλεν τῷ δόρατι. ὅσοι δὲ Τοῦρκοι ἐτύγχανον, τούτους τῷ αὐτοκράτορι εἰς Βυζάντιον ἔπεμψεν. τῶν δὲ Τούρκων ἐν τοῖς μετώποις τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ διὰ μέλανος V. 179 κεντητοῦ ἐχόντων, ἐρωτωμένων ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, ποίῳ τρόπῳ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐπιφέρονται; οἱ Τοῦρκοι ἔφασκον πρὸ πολλῶν χρόνων λοιμὸν ἐν Τουρκίᾳ γενέσθαι, τινὰς δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς Χριστιανῶν ὑποθέσθαι τοῦτο ποιῆσαι, ὡς ἐντεῦθεν σωτηρία κατὰ τὴν χώραν ἐγένετο. ὁ δὲ στρατὸς τῶν Ῥωμαίων τὴν σκηνὴν τοῦ Βαράμ καὶ τὸ τοὔλδον παραλαβόν- P. 225 τες μετὰ τῶν ἐλεφάντων, τῷ Χοσρόῃ προσήνεγκαν. ὁ δὲ Βαράμ ἐπὶ τὰ ἐνδότερα μέρη τῆς Περσίδος τὴν φυγὴν ἐποιήσατο· καὶ οὕτως ὁ κατ' αὐτοῦ διαλύεται πόλεμος. ὁ δὲ Χοσρόης μεγάλην νίκην ἀναδησάμενος, τὸν ἴδιον ἀπέλαβεν θρόνον, καὶ ἐπινίκια εἱστία Ῥωμαίους. ὁ δὲ Ναρσῆς ἀναζευγνύων ἐπὶ τὰ ἴδια, τῷ Χοσρόῃ ἔλεγεν· μέμνησο, Χοσρόη, τῆς παρούσης ἡμέρας. Ῥωμαῖοί σοι τὴν βασιλείαν χαρίζον-

1. καὶ add. ex A. 7. διὰ μέλανος κεντητοῦ A, κεντητοῦ διὰ μέλ. vulg. 9. τοῦτο om. A. 10. τινὰς A, τινὲς vulg. 16. κατ' αὐτοῦ A, κατ' αὐτὸν vulg. 18. εἱστία A, ἱστία vulg.

phalangem fregit: eo praestito, reliquae etiam Baram phalanges infirmatae, totusque cum tyranno exercitus in fugam effusus. Narses laxatis habenis fugientes insequutus, Persarum maximam edidit stragem. ad sex millia vero vivos captos et vinculis obstrictos ad Chosroëm adduxit: quos ille hastis transverberatos neci tradidit. Narses, quos reperit Turcos, ad imperatorem Byzantium transmisit. porro Turci crucis figuram nigris punctionibus effigiatam cum gerant in frontibus, qua ratione signum illud praeferant ab imperatore interrogati, responderunt: multos ante annos cum pestis per Turciam grassaretur, quosdam ex suis Christianos auctores fuisse, ut id fieret, ex quo pristina salubritas in regionem reducta est. caeterum Romanorum exercitus tentorium Baram et universum eius bellicum apparatum atque elephantos capiens ad Chosroëm adduxit. Baram vero in interiores Persidis regiones fuga se recepit: bellumque adversus eum susceptum ita demum diremptum est. Chosroës tam praeclara victoria redimitus, proprium thronum recuperavit, epulumque triumphale et victoriae grates Romanis praebuit. Narses autem domum reversurus, Chosroi dixit: fac praesentis diei memor usque sis, Chosroës; regno te do-

ται. Χοσρόης δὲ τὴν δολοφονίαν δεδοικώς, ἐζήτει Μαυρίκιον χιλίους Ῥωμαίους εἰς φυλακὴν αὐτοῦ ἔχειν· ὁ δὲ Μαυρίκιος ἀγάπην πολλὴν πρὸς τὸν βάρβαρον κεκτημένος, ἐπλήB ρου τὸ αἴτημα αὐτοῦ. καὶ οὕτως ὁ Περσικὸς τῶν Ῥωμαίων κατεπέπαυτο πόλεμος. 5

A.M.6082 Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ κϛ', ἰνδικτιῶνι ἡ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου πάσχα χρόνων τεσσάρων ἥμισυ ἐστέφθη Θεοδόσιος C ὁ υἱὸς Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὴν ἐκκλησίαν 10 τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ἣν ἀπήρξατο κτίζειν Τιβέριος, ἀνεπλήρωσεν ἐν τῇ μέσῃ οὖσαν, ὅνπερ τόπον πρώην ἔλεγον εἶναι πραιτώριον. εἰρήνης δὲ βαθείας τὴν ἀνατολὴν καταλαβούσης, [ὁ Μαυρίκιος] ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐκύμαινεν πόλεμος. διὰ τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὰς δυνάμεις ἀπὸ ἀνατολῆς 15 ἐπὶ τὴν Θρᾴκην μετήγαγεν.

A.M.6083 Τούτῳ τῷ ἔτει ἀρχομένου τοῦ ἔαρος, καὶ τῶν ταγμάτων D τὴν Θρᾴκην καταλαβόντων, ἐξῆλθεν σὺν αὐτοῖς ὁ Μαυρίκιος ἰδεῖν τὰ ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεστραμμένα. ἡ δὲ αὐγοῦστα

6. Ὀκτωβρίῳ a. 8. ὁ add. ex A. τοῦ αὐτοκρ. om. A, ante haec verba χρόνῳ τετάρτῳ add. f. 14. ὁ Μαυρίκιος delendum videtur. πόλεμος A, πόλεμον vulg. 15. ἀπὸ ἀνατολῆς A, ἀπὸ τὴν ἀνατολὴν vulg.

nant Romani. Chosroës porro necem dolis intentandam veritus, Romanos mille ad sui custodiam et satellitium deputandos a Mauricio expetiit. Mauricius vero multa humanitate erga barbarum usus, postulatis eius fecit satis: huncque tandem exitum bellum Persicum obtinuit.

A.C.582 Hoc anno mensis Martii die sexto supra vigesimum, indictione octava, Theodosius Mauricii imperatoris supremi filius, die paschatis sancto, a Ioanne patriarcha, quatuor solis annis cum medio natus coronam imperii accepit.

Eodem anno Mauricius supremus imperator sanctorum quadraginta martyrum ecclesiam, a Tiberio exaedificari coeptam, et iam ad opus medium ductam absolvit. praetorium eo loco quondam constructum narrant. profunda vero pace totum orientem occupante, Europa bellorum procellis agitabatur: eapropter ipse supremus imperator imperii vires omnes ab oriente in Thraciam transportavit.

A.C.583 Hoc anno ineunte vere, et copiis in Thracia iam collectis, Mauricius cum eis egressus ruinas a barbaris excitatas visum perrexit. augusta vero, patriarcha, et universus senatus, ne propria opera move-

καὶ ὁ πατριάρχης καὶ ἡ σύγκλητος παρεκάλουν τὸν βασιλέα μὴ αὐτουργῆσαι πόλεμον, ἀλλὰ στρατηγῷ τοῦτον ἐγχειρῆσαι· ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο. ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ, γέγονεν ἡλίου ἔκλειψις. ἐπεγένοντο δὲ ἐξαισίων πνευμάτων φυσήματα, νότος βίαιος. ἐν δὲ τῷ Ῥηγίῳ ἐλθόντος, τῶν πενήτων τὰ πλήθη ἀργυρίοις ἐψυχαγώγησεν. ἐπὶ θήραν δὲ ἐξελ- P. 226
θὼν ὁ αὐτοκράτωρ, ὗς ἄγριος παμμεγέθης κατὰ τοῦ καίσαρος ὥρμησεν. ὁ δὲ ἵππος διὰ τὸ φοβερὸν τοῦ θεάματος ἀποβαλεῖν τὸν καίσαρα ἐγχειρεῖ. ἐπὶ πολὺ δὲ ἀκαταστατήσας οὐκ ἠδυνήθη τὸν καίσαρα ῥῖψαι· ὁ δὲ ὗς ὑπ' οὐδενὸς τρωθείς, ἀνεχώρησεν. ἐπὶ τὴν Πείρινθον δὲ διὰ ναυτιλίας τὴν πορείαν V. 180
ποιούμενος, ἀνέμων ἐξαισίων καὶ βροχῆς γενομένης, καὶ αὐτῶν ἀπορησάντων, τὸ σκάφος ἐφέρετο τοῦ αὐτοκράτορος, ὥστε παραδόξως διασωθῆναι ἐν τῷ λεγομένῳ Δαονίῳ. τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ γύναιον ἔτικτεν, καὶ βοὰς οἰκτρὰς ἠφίει· πρωΐας δὲ γενομένης, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἰδεῖν τὸ συμβησόμενον. καὶ εἶδον παιδίον γεννηθὲν ὀφθαλμῶν καὶ βλεφάρων ἀμέτοχον, B
μήτε χεῖρας μήτε βραχίονας ἔχον· πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐρὰ προσφυῶς ὑπῆρχεν αὐτῷ. ταύτῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὁ ἵππος

4. ἐξαισίων A, ἐξ αἰσίων vulg. ἐπεγέν. δὲ ἐξ. πν. φυσ. om. f. 5. ἐλθόντος] ἐλθών A, manu correctoris. 12. καὶ αὐτῶν] τῶν αὐτῶν vulg. 14. διασωθῆναι A, σωθῆναι vulg. 15. βοὰς] φωνὰς a. 16. ἰδεῖν τὸ συμβ. A, ἰδεῖν, τί τὸ συμβ. vulg. 17. εἶδαν A, εἶδεν vulg.

ret bellum, quin illud duci committeret, rogabant: quod ille detrectavit admittere. eo igitur ad castra pergente, solis defectus contigit: ventorumque vehementium, noti videlicet violentioris, flatus exorti sunt. Rhegium cum attigisset, magnam egenorum multitudinem nummis argenteis in eos sparsis recreavit. cum venatum prodiisset, ingens aper in caesarem ex impetu irruit: equus eius aspectu territus caesarem excutere conabatur: cum saltibus, calcibus et excussibus usus esset satis, caesarem exturbare nunquam valuit. tum vero aper a nullo laesus, in silvam secessit. Perinthum praeterea navigio iter faciens, vehementiore vento pluviaque incumbente, nautis ad extremas adductis angustias, scapha, qua vehebatur imperator, procellis asportata est, et praeter omnium opinionem, ad locum, cui nomen Daonius, salva reddita. eadem illa nocte parturiens mulier lamentabiles voces edebat. exorto die misit imperator, qui pararent, ut, quae contigerat, rei fieret ipse spectator. vidit autem infantem natum oculis et palpebris orbum, cui neque manus neque brachia essent: e coxis autem piscis cauda illi enascebatur. eodem quoque die equus imperatoris phaleris aureis circumquaque ornatus concidit subito, atque ru-

τοῦ βασιλέως ὁ τὸν χρυσοῦν περικείμενος κόσμον, ἀθρόως διερράγη πεσών. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτοις πᾶσιν οἰωνισάμενος, περίλυπος ἦν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἄνδρες τρεῖς Σκλαβινοὶ τὸ γένος, μηδέν τι σιδηροῦν περιβαλλόμενοι, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκρατήθησαν, κιθάρας μόνας βαστάζοντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτα, πόθεν τε εἶεν καὶ ποῦ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο; οἱ δὲ τὸ μὲν γένος ἔφασαν πεφυκέναι Σκλαβινοί· πρὸς δὲ τῷ τέλει τοῦ δυτικοῦ ὠκεανοῦ ᾠκηκέναι· τὸν δὲ Χαγάνον πρὸς αὐτοὺς C πρεσβείαν πέμψαι, καὶ δῶρα τοῖς ἐνάρχαις αὐτῶν τοῦ συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ Ῥωμαίων· οἱ δὲ ταξιάρχαι αὐτῶν ἀπέστειλαν αὐτοὺς ἀπολογήσασθαι τῷ Χαγάνῳ, ὅτι οὐ δύνανται διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ ἀποστεῖλαι αὐτῷ συμμαχίαν. ὀκτωκαίδεκα δὲ μηνῶν ἔφασκον ποιήσασθαι ὁδοιπορίαν, καὶ οὕτως τοῖς Ῥωμαίοις περιπεσεῖν. κιθάρας δὲ περιφέρεσθαι, ὡς μὴ εἰδότας ὅπλα περιβαλέσθαι τινά, τῆς χώρας αὐτῶν ἀγνοούσης τὸν σίδηρον. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ θαυμάσας τήν τε ἡλικίαν καὶ τὰ μεγέθη τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐπαινέσας, εἰς Ἡράκλειαν αὐτοὺς παρέπεμψεν. καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀγχίαλον, καὶ μαθὼν ὅτι πρέσβεις εἰς τὸ Βυζάντιον Περσῶν τε D καὶ Φράγκων παρεγένοντο, ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια.

3. τρεῖς om. A a f. 7. σιδηροῦν A, σίδηρον vulg. 7. πρὸς δὲ τῷ τέλει τοῦ δυτικοῦ Ὠκεανοῦ A, πρὸς τῷ τέλει Ὠκ. vulg. 9. ἐνάρχαις A, ἐνάρχοις vulg. 11. δύναται A, δύνανται vulg. 15. εἰδότας A, εἰδότες vulg. 16. τὸν σίδ. A, τὸ σ. vulg. 20. Φραγγάνων A.

ptus est. istis omnibus tanquam ominibus intentus imperator, tacito moerore conficiebatur. postera luce viri tres Sclavinorum genere orti nullo ferro vel gladio accincti, sed citharis tantummodo instructi, a Romanis capti sunt. unde traherent ortum, vel moram facerent, imperator rogare. illi se genere Sclavinos, et ad oceani limites habitare responderunt. Chaganum autem legatos ad se misisse, et tribuum suarum praefectos muneribus sollicitasse, ut sibi suppetias adversus Romanos ferrent: se vero ab familiarum capitibus missos, qui eos apud Chaganum excusarent, quod ob viarum remota intervalla manum auxiliarem ei praebere nequeant. octodecim vero mensium iter confecisse, ac ita demum in Romanorum manus se prolapsos asseverabant: citharas autem circumduxisse; in regione quippe ferri nescia natos, armis non assuetos se tegere. imperator hominum staturam miratus, laudata corporis eorum proceritate, ipsos Heracleam misit. inde cum Anchialum venisset, de legatorum a Persis et Francis missorum adventu certior factus, Byzantium et regiam revertitur.

Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ Χαγάνος ἐζήτει προσθήκας ταῖς συν- A.M.6084
θήκαις λαμβάνειν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοὺς λόγους τοῦ βαρβάρου οὐ παρεδέξατο. διὰ τοῦτο ὁ Χαγάνος ἦρατο πάλιν τὸν πόλεμον, καὶ πολιορκεῖ τὴν Σιγγιδόνα, καὶ στρατοπεδεύει κατὰ τὸ Σέρμιον. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης χειροτονεῖ τὸν Πρίσκον. ὁ δὲ Πρίσκος τὸν Σαλβιανὸν ὑποστράτηγον ποιήσας προτρέχειν ἐκέλευσεν. καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων χωρήσαν- P. 227
τες συγκροτοῦσι πόλεμον καὶ νικῶσιν Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ Χαγάνος τοῦτο ἀκηκοώς, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, ἐχώρει πρὸς πόλεμον. ὁ δὲ Σαλβιανὸς ἰδὼν τὰ πλήθη καὶ καταπλαγείς, πρὸς Πρίσκον ἀφικνεῖται. γνοὺς δὲ ὁ Χαγάνος τὴν τῶν Ῥωμαίων ὑποχώρησιν, εἰς Ἀγχίαλον ἐξέρχεται ἤτοι εἰς τὸν ἅγιον Ἀλέξανδρον· καὶ τοῦτον τῷ παμφάγῳ πυρὶ παραδέδωκεν· μεταβὰς δὲ εἰς τὰ Δριζίπερα ἐπιχειρεῖ ἐκπορθῆσαι τὸ πόλισμα, πολιορκητικὰ ἐξεργασάμενος ὄργανα. οἱ δὲ τὰ Δριζίπερα οἰκοῦντες ἐπὶ πλεῖστόν [τε] παρέταξαν τὸ θράσος. τὰς B
γὰρ πύλας ἀναπετάσαντες, ἠπείλουν τοῖς βαρβάροις πολεμεῖν, ἐν δειλίᾳ ἕξαισίῳ ὄντες. τότε δὴ τότε θεῖαί τινες αὐτοῖς ἐπέστησαν δυνάμεις. μεσούσης γὰρ ἡμέρας ὁρᾷν ἔδοξαν οἱ

1. ταῖς συνθήκαις om. A. 3. παρεδέξατο A, κατεδ. vulg. 8. καὶ νικῶσιν — — — — πρὸς πόλ. om. A. 9. πολεμικὰ A. 16. παρέταξαν τὸ θρ. A, παρετάξαντο θράσος vulg. 18. ἐν δειλίᾳ ἕξαισίῳ ὄντες A e f, ἐν διαλέξεσιν ὄντες vulg. θεῖαί τινες αὐτοῖς ἐπέστησαν δυνάμεις A f, θεία τις αὐτοῖς ἐπέστη δύναμις vulg.

Hoc anno Chaganus ad pactam sibi pecuniarum summam augmen- A. C. 584
tum dari postulabat. imperator vero barbari sermones respuit. quare bellum renovare Chaganus constituit; mox Singidonem obtinet, et ad Sirmium castra metatur. imperator autem Priscum Europae ducem instituit. Priscus Salvianum sub se legatum elegit, et praecurrere ante exercitum iubet. in barbaros itaque irruptione facta, acrique conserto praelio, penes Romanos stetit victoria: cladis accepto nuncio, alium exercitum instruit Chaganus, et ad pugnam egreditur. Salvianus armatorum ingenti multitudine conspecta, deterretur, et ad Priscum revertitur. recessu Romanorum cognito, versus Anchialum Chaganus procedit, sanctum Alexandrum intellige: et vasto incendio locum omnem depopulatur. inde Drizepera divertit, et obsidionalibus machinis comparatis oppidum expugnare molitur. Drizeperorum incolae pectus audacissime opposuere: reseratis enim portis, cum barbaris se fortiter congressuros, extrema necessitate oppressi minabantur. tunc sane, tunc temporis divina illis affuit virtus. manifesta quippe meridiei luce Romanorum copias urbe egredientes cernere barbari

βάρβαροι Ῥωμαίων δυνάμεις ἐπεξιούσας τοῦ ἄστεως, καὶ μέλλειν συμπλέκεσθαι, καὶ καταπλαγέντες συντόνῳ φυγῇ ἀπο-
V. 181 διδράσκουσιν, καὶ ἐπὶ τὴν Πείρινθον γίνονται. ὁ δὲ Πρίσκος μηδὲ θεωρεῖν φέρων τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων, εἰς τὸ Τζούρουλον εἰσελθὼν φρούριον ἠσφαλίζετο. ὁ δὲ βάρβαρος τὸν Πρίσκον πολιορκεῖν ἐνεχείρει. ταῦτα δὲ ἀκηκοὼς Μαυρίκιος,
C διηπόρει τί δράσοι, εὐβουλίᾳ δὲ καταστρατηγεῖ τῆς ἀπείρου δυνάμεως· καὶ ἕνα τῶν ἐξκουβιτόρων μεγάλαις δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσι πείθει ἑκοντὶ περιπεσεῖν τοῖς βαρβάροις· καὶ δίδωσιν αὐτῷ πρὸς Πρίσκον γράμματα περιέχοντα τάδε· τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ Πρίσκῳ. τὴν ἀλιτηρίαν τῶν βαρβάρων ἐγχείρησιν μὴ δειλιάσῃς· πρὸς γὰρ ἀπώλειαν αὐτῶν τοῦτο γέγονεν. γίνωσκε γὰρ ὅτι μετὰ πολλῆς αἰσχύνης ἔχει ὁ Χαγάνος ὑποστρέψαι εἰς τὴν ἀφιερωθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ Ῥωμαίων χώραν. διὰ τοῦτο καρτερήσῃ ἧ σοῦ ἐνδοξότης ἐν Τζουρούλῳ περιρέμ-
D βων αὐτόν. πέμπομεν γὰρ διὰ θαλάσσης πλοῖα, καὶ αἰχμαλωτίζομεν τὰς φαμελίας αὐτῶν. καὶ ἀναγκάζεται μετὰ αἰσχύνης καὶ ζημίας εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι. ὁ δὲ Χαγάνος κρατήσας τὰ γράμματα καὶ ἀναγνούς, γίνεται περιδεής. καὶ

3. ἕως τὴν Π. e f. 4. μηδὲ] μὴ A f. φέρων] θέλων a. Τζουρουλλὸν A. 7. εὐβουλίᾳ A sec. man. quemadmodum coni. Goar. ἀβουλίᾳ vulg. 15. καρτερήσῃ A, καρτερεῖ f, καρτερήσει vulg. 16. αὐτὸν] αὐτοὺς A b. 17. τὰς φαμελίας αὐτῶν A a f, αὐτοὺς vulg.

sibi visi sunt, et ineundum armorum minitantes congressum: ex quo conturbati, in praecipitem fugam se proiicientes, Perinthum se contulere. Priscus autem solius barbaricae aciei conspectum ferre non sustinens, in Tzurulum castrum ingressus diligenti custodia vitam tutabatur: exinde ad obsidendum Priscum animus barbaro principi factus. quod cum ad Mauricium perlatum, quid ageret, dubius haesit. bono tandem consilio adversus innumeram barbarorum multitudinem armatur, et prudentia oppugnat. de excubitorum igitur numero unum ad castra profectum in barbarorum potestatem sponte prolabi donis ingentibus et pollicitis amplioribus suadet: ac una simul ad Priscum litteras ei committit in haec verba. gloriosissimo duci Prisco. nefariam barbarorum conatum ne reformides: qui quidem exitio ipsis erit. Chaganum cum magno dedecore in assignatam sibi a Romanis provinciam redire certo scias. quare gloria tua Tzuruli perduret, et Chaganum circumvertet, et pro libito circumagitabit. copiosam classem mari transmittimus, captivitatemque hosti paramus: qui alioqui cum dedecore et damno domum reversurus est. Chaganus interceptis litteris scripta legit, et una metu consternitur: pactisque cum

συνθήκας πρὸς τον Πρίσκον διαθέμενος, καὶ εἰρηνεύσας ἐπὶ δώροις ὀλίγοις καὶ ἀναξιολόγοις εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανέζευξεν γῆν μετὰ φυγῆς κραταιᾶς.

Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου Ἄμω ἔτος α'. A.M. 6085

Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὸν Πρίσκον P. 228 σὺν πάσαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσιν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεμψεν, ὥστε τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη διαπεραῶσαι κωλύσῃ. τούτου δὲ ἐλθόντος ἐπὶ τὸν Δορόστολον, ὁ Χαγάνος μαθὼν πρέσβεις ἐξέπεμψεν πρὸς αὐτόν· καὶ κατηιᾶτο Ῥωμαίους B ἔναρξιν τῷ πολέμῳ διδόντας. ὁ δὲ Πρίσκος ἀπελογεῖτο· ὅτι οὐ πρὸς βαρβάρους τὸν πόλεμον ποιῆσαι παραγέγονα· ἀλλὰ πρὸς τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπεστάλην. ἀκηκοὼς δὲ ὁ Πρίσκος ὅτι Ἀρδάγαστος τὰ πλήθη τῶν Σκλαβινῶν πρὸς τὸ πραιδεύειν διεσκόρπισεν, διαπεράσας τὸν Ἴστρον μεσούσης νυκτὸς ἀδοκήτως τῷ Ἀρδαγάστῳ συνέμιξεν. ὁ δὲ Ἀρδάγαστος τοῦ κινδύνου αἰσθόμενος ἵππου τε γυμνοῦ ἐπιβάς, μόλις διασώζεται. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνελόντες πλήθη Σκλαβινῶν, καὶ τὴν περὶ τὸν Ἀρδάγαστον [διατεμόντες χώραν, αἰχμαλωσίας τε κρατήσαντες πολλὰς εἰς τὸ Βυζάντιον C ἔπεμπεν διὰ Τατήμερος. ὁ δὲ Τατήμερ ἐκλύτως τὴν πορείαν

3. γῆν add. ex A. 10. ὅτι οὐ πρὸς — — — — ὁ Πρίσκος om. A f. 15. μεσ. δὲ τῆς νυκτὸς A. 19. πολλούς A. 20. Τατήμερος] Τήμερος A. Τατήμερ] Τάτητος A f, Τάτητως b.

Prisco conditionibus, levium et nullius pretii munerum accessione contentus, composuit pacem, et maxima, qua potuit, fuga se surripuit.

Hierosolymorum episcopi Amo annus primus. A.C. 585

Hoc anno imperator Mauricius Priscum Romanorum cum copiis omnibus ad Istrum flumen ablegat, ut Sclavinorum gentes amnem traiicere molientes impediret. cum vero Dorostolum venisset, Chaganus de eius adventu certior factus, legatos misit, qui Romanos bello initium atque occasionem dare questi sunt. respondit Priscus: bellum in barbaros moturus minime missus sum: solas Sclavinorum gentes a me coercendas iussit imperator. Priscus autem Sclavinorum populum ab Ardagasto duce sparsim per Romanam provinciam effusum cum rescisset: Istro traiecto, noctis sub medium ex improviso Ardagastum adoritur, et cum eo manus conserit. Ardagastus, cognito periculo, nudo equo insiliens vix salutem fuga consequitur. Romani multis Sclavinorum copiis caesis, atque universa Ardagasti regione devastata, captisque innumeris, multos ex eis Byzantium per Tatemerem transmisere. Tatemer iter agens incautus et resolutus, vino insuper et voluptatibus per vias indulgens, tertia die in irruentium Sclavino-

ποιούμενος, καὶ εἰς μέθην καὶ τρυφὴν ἐπιδιδοὺς ἠμέλει. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ πλήθη Σκλαβινῶν ἐπιτίθενται αὐτῷ· καὶ δειλίᾳ συσχεθείς, φεύγων εἰς τὸ Βυζάντιον ἦκεν. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ Ῥωμαῖοι ἐγκρατῶς τοῖς Σκλαβινοῖς μαχησάμενοι, κρατοῦσι τῶν βαρβάρων παραδόξως, καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον τὴν
V. 182 αἰχμαλωσίαν τῷ βασιλεῖ ἀποσώζουσιν· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ εὐφρανθείς, εὐχαριστηρίους ὕμνους μετὰ πάσης τῆς πόλεως τῷ θεῷ προσέφερεν. ὁ δὲ Πρίσκος θαρρήσας, εἰς τὰ ἐσώτερα μέρη τῶν Σκλαβινῶν ἐχώρει. Γήπαις δὲ ἀνὴρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχων αὐτομολεῖ πρὸς Ῥωμαίους,
D καὶ τὴν εἴσοδον τοῖς Ῥωμαίοις ὑπέδειξεν, καὶ τῶν βαρβάρων ἐκράτησαν· ἔφησε δὲ καὶ Μουσούκιον τὸν ῥῆγα τῶν βαρβάρων ἀπὸ τριάκοντα σημείων διάγειν. προδοσίᾳ δὲ τοῦ Γήπαιδος διαβὰς τὸν ποταμὸν ὁ Πρίσκος, μεσούσης τῆς νυκτὸς εὑρίσκει τὸν Μουσούκιον διεφθαρμένον τῇ μέθῃ. ἐπιτάφιον γὰρ
ἑορτὴν τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ ἑώρταζεν· καὶ τοῦτον συλλαβόμενος ζῶντα, φόνον πολὺν ἐν τοῖς βαρβάροις εἰργάσατο. πολλῆς δὲ αἰχμαλωσίας κρατήσαντες, μέθῃ καὶ τρυφῇ ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν. συναθροισθέντες δὲ οἱ βάρβαροι τοῖς νενικηκόσιν ἐφί-
P. 229 σταναι· καὶ ἦν ἂν ἡ ἀντίδρασις χαλεπωτέρα τῆς προϋπαρ-

1. ἐπιδιδοὺς A, ἐπιδοὺς vulg. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμ. A, ἐν τῇ τρίτῃ δὲ ἡμ. vulg. 4. τοῖς add. ex A. 6. τῷ βασιλεῖ om. A. 7. εὐχαριστηρίους A, εὐχαριστίους vulg. 12. Μουσούκιον A a, Μουσούγιον e, Μουσούγιον vulg. 13. διάγειν] ὑπάρχειν f. 16. ἑώρταζεν A, ἑόρταζεν vulg. 20. ἀντίδοσις A f.

rum manus incidit: tum metu correptus, fuga Byzantium attingit. at Romani reliqui viae comites Sclavinorum impetum fortiter sustinentes, praeter spem omnem barbaros superant, et universam praedam captivorumque turmas incolumes ad imperatorem Byzantium detulere. his imperator laetatus, beneficium divinum laudibus et hymnis compensat, et cum totius urbis populo grates deo litat. porro Priscus successu audentior redditus, interiores Sclavinorum partes penetrat. tum vero Gepes vir Christianorum religioni addictus, in Romanorum partes transiens, ingressum Romanis indicat: qui nullo labore barbororum regionem obtinent. Musugium autem barbarorum regem ad trigesimum lapidem morari referebat. Priscus itaque Gepedis proditione usus profunda iam nocte Musugium vino plane obrutum comperit; funebrem etenim solemnitatem proprio fratri sacraverat. eo igitur vivo comprehenso, horrendam omnino barbarorum stragem edidit. hinc ubere praeda potiti Romani in crapulas et voluptates resolvuntur. quare barbari in unum agmen denuo collecti impetum in victores faciunt: malorum autem illatorum ultio praeclaro facinore

ξάσης ἀνδραγαθίας, εἰ μὴ ὁ Γένζων μετὰ τῆς πεζικῆς δυνάμεως τῶν Ῥωμαίων ἐπιστάς, μάχῃ κραταιᾷ διεκώλυσε τὰς ὁρμὰς τῶν βαρβάρων. ὁ δὲ Πρίσκος τοὺς τὴν φρουρὰν αὐτῷ πεπιστευμένους ἀνεσκολόπισεν.

Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Παῦλος ὁ τοῦ βασιλέως πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐτάφη ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνήμασιν· ὁμοίως καὶ Ἀναστασία ἡ αὐτοῦ αὐγοῦστα ἡ πενθερὰ τοῦ Μαυρικίου, γυνὴ δὲ Τιβερίου τοῦ βασιλέως· καὶ αὐτὴ ἐτάφη μετὰ Τιβερίου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. B

Τούτῳ τῷ ἔτει τοῦ Πρίσκου πάλιν τὸν Ἴστρον καταλα- A.M.6086
βόντος, καὶ τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη πραιδεύσαντος, καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν τῷ βασιλεῖ ἀναπέμψαντος, ὁ βασιλεὺς τὸν Τατίμερα ἀποστείλας πρὸς Πρίσκον, παρακελεύεται αὐτόθι τὸν χειμῶνα διατρῖψαι τοὺς Ῥωμαίους καιρόν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοῦτο μαθόντες ἀντέλεγον, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο γενέσθαι διά τε τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων, καὶ τὸ πολεμίαν ὑπεῖναι τὴν C χώραν, καὶ τὰ ψύχη ἀφόρητα. ὁ δὲ Πρίσκος λόγοις πιθανοῖς ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκεῖ χειμάσαι, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν πληρῶσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος ταῦτα ἀκηκοὼς

2. διεκώλυσε A, διέλυσε vulg. 3. αὐτῶν A. 7. αὐτοῦ add. ex A. 11. ἔθνη om. f. 12. Τατήμερον f. 15. μεμαθηκότες A. 16. καὶ τὸ πολεμίαν ὑπεῖναι A, καὶ τῶν πολεμίων ὑπ. vulg. 17. καὶ τὰ ψύχη om. A a f. πειθανοῖς vulg. 18. ἔπεισεν A, ἔπειθεν vulg.

prius edito acerbior extitisset, nisi Genzon cum toto peditatus robore certamen iniens acerrimum barbarorum vires fregisset. porro Priscus cunctos quibus sui corporis custodiam demandaverat, in patibulum egit.

Eodem anno Paulus imperatoris pater morte Cpoli perfunctus, inter imperatores parem eis sepulturam et tumulum obtinuit: similiter et Anastasia augusta socrus Mauricii, Tiberii vero imperatoris coniux, iuxta virum suum Tiberium sepulchri locum cosequuta est.

Hoc anno cum Priscus iterum Danubium occupasset, et Sclavino- A. C. 586
rum ditionem depopulatus, magnam inde praedam, et captivorum numerum ad imperatorem summisisset: imperator Tatemere ad Priscum misso Romanum exercitum iis in locis hibernare iubet. placito imperatoris accepto, moram deprecabantur Romani, ac quum propter barbarorum sibi oppositum exercitum, tum hostilis et infestae regionis periculum, et intoleranda frigora, id nusquam fieri posse in adversum obiiciebant. Priscus suavibus verbis militem demulcet, et imperatoris iusso obsequentem, hibernam ibidem stationem habere suadet. Mauricius his auditis Philippicum generum orientis ducem, quemque

Φιλιππικὸν τὸν ἴδιον γαμβρὸν τὸν τῆς ἀνατολῆς στρατηγὸν ἐποίησε κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων θαρρῶν αὐτῷ, ὡς τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν αὐτῷ ἔζευξεν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἤρξατο κτίζειν ἐν Χρυσοπόλει τὴν μονὴν τῆς παναγίας ἡμῶν δεσποίνης θεοτόκου καὶ παλάτιον ἐν αὐτῇ ὀφεῖλον ὑποδέχεσθαι Μαυρίκιον τὸν βασιλέα, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ποιήσας ἰχθυοτροφεῖα καὶ
D *παραδείσια ἔνδοθεν [ἔσω] εἰς τὴν θεραπείαν αὐτοῦ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν οἰκίαν τὴν ἐπιλεγομένην τὰ Φιλιππικοῦ.*

A.M. 6087 *Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Κυριακοῦ, Ἀντιοχείας Ἀναστασίου ἔτος α'.*

V. 183 *Τούτῳ τῷ ἔτει εἰς τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια τίκτονται τέρατα, παιδίον τετράπουν, καὶ ἄλλο δικόρυφον. λέγουσι δὲ οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιμελῶς ἐγγράφοντες μὴ σημαίνειν ἀγαθὰ*
P. 230 *ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἂν τεχθῶσι τὰ τοιαῦτα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Πρίσκον τῆς στρατηγίας ἀποπαύει· Πέτρον δὲ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν στρατηγὸν τῆς δυνάμεως ποιεῖται Ῥωμαίων. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τὰς δυνάμεις ἀράμενος πρὶν ἢ τὸν Πέτρον φθάσαι διεπέρα τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Χαγάνος τὴν μετάβασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ λαοῦ ἀκηκοώς, λίαν ἐθαύμασεν, καὶ πρὸς τὸν Πρίσκον ἀπέστειλεν, μαθεῖν τὴν αἰτίαν ἐπιζητῶν, καὶ μοῖραν*

3. αὐτῷ ἔζευξεν A, ζεύξας αὐτῷ vulg. 7. ἔνδοθεν ἔσωθεν A f, sed alterutrum delendum videtur. 13. δύο κορυφῶν A f. 15. ἂν add. ex A. 16. τὸν Πρ. τῆς στρατ. A, τῆς στρατ. τὸν Πρ. vulg. 19. διαπερᾷ A.

ob ei iunctam in matrimonium sororem fidissimum habebat, excubitorum comitem creavit. porro Philippicus sanctissimae dominae nostrae monasterium et ad illud palatium quo Mauricius imperator cum liberis aliquando foret excipiendus Chrysopoli coepit aedificare: piscinas etiam et hortos ad eius usum deliciasve intus paravit: Cpoli autem Philippici domum ab eo nuncupatam extruxit.

A. C. 587 Cpoleos episcopi Cyriaci, Antiochiae Anastasii annus primus.

βασιλέα. ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ Γορδία ἔκειτο χαμαὶ ὀδυρομένη καὶ κλαίουσα, καὶ τὸν θεὸν ἱκετεύουσα. εἰσελθὼν δὲ ὁ Φιλιππικὸς ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ βασιλεὺς λέγει αὐτῷ· συγχώρησόν μοι διὰ τὸν θεόν, ὅτι ἥμαρτόν σοι. ἕως γὰρ τοῦ νῦν ἐσκανδαλιζόμην εἰς σέ. καὶ κελεύσας ἐξελθεῖν τὸν παρακοιμώμενον ἀναστὰς ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Φιλιππικοῦ, λέγων· συγχώρησόν μοι· ἀσφαλῶς γὰρ οἶδα ὅτι οὐδὲν ἥμαρτες εἰς ἐμέ. ἀλλ' εἰπέ μοι, τίνα γινώσκεις ἐν τοῖς ἡμετέροις τάγμασι Φωκᾶν στρατιώτην; ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἀναλογισάμενος, λέγει αὐτῷ· ἕνα γινώσκω, ὅς τις πρὸ καιροῦ ὀλίγου πεμφθεὶς ἐντολικάριος ἐκ C τοῦ στρατοῦ ἀντέλεγεν τῷ κράτει σου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη· ποίας ἐντεύξεώς ἐστιν; ὁ δὲ Φιλιππικὸς εἶπεν· νεώτερος, θρασὺς καὶ δειλός. τότε λέγει Μαυρίκιος· ἐὰν δειλός, καὶ φονεύς. καὶ ἐξηγεῖτο τῷ Φιλιππικῷ τὴν τοῦ ὀνείρου ἀποκάλυψιν. τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ἐφάνη ἀστὴρ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ λεγόμενος κομήτης. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, ἔφθασεν καὶ ὁ ἀποσταλεὶς Μαγιστριανὸς πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἁγίους πατέρας, φέρων παρ' αὐτῶν ἀπόκρισιν τοιαύτην· ὅτι ὁ θεὸς δεξάμενος τὴν μετάνοιάν σου, σώζει τὴν ψυχήν σου, καὶ μετὰ ἁγίων κατατάττει σε

2. ἐλθὼν A. 7. τοῦ add. ex A. 10. ἀναλογισάμενος A a f, ἅμα λογισ. vulg. 16. δὲ add. ex A. 19. τοιαύτην A, αὕτην vulg. 20. καὶ add. ex A.

plorans, et divini numinis opem suis precibus advocans in humum proiecta iacebat. Philippicus imperatoris cubiculum ingressus, ad eius pedes provolvitur. ad quem imperator: per deum immortalem, inquit, ignosce quod in te peccavi. ad hanc siquidem horam te suspectum et invisum habui. et accubitore secedere iusso, exurgens e lecto ad Philippici pedes procidens, ignosce mihi, subiunxit: te namque nihil in me peccasse, certus sum. verum, si quempiam inter legiones nostras Phocam nomine noveris, edissere. tum Philippicus secum aliquamdiu cogitans, unum, inquit, eiusmodi nominis novi; qui nuper missi munere apud te ab exercitu fungens imperio tuo verbis audacioribus sese opponebat. rogat imperator: cuius indolis est, ac naturae? subinfert Philippicus: iunior est adhuc, temerarius, et timidus. ait Mauricius: si timidus caedium amans est, et sanguinis: suique insomnii enarrationem ad Philippicum: instituit. ea nocte astrum, cui nomen cometes, in caelo visum est: sequenti porro luce Magistrianus ad sanctos eremi patres delegatus, responsum istiusmodi ab eis ferens, rediit. poenitentiam tuam deus approbat, et anima tua damnationis poena servata, cum omni familia tua in sanctorum

πανοικεί. τῆς δὲ βασιλείας μετὰ ἀτιμίας καὶ μετὰ κινδύνου ἐκπίπτειs. ταῦτα ἀκούσας Μαυρίκιος ἐδόξασεν μεγάλως τὸν θεόν. D τῆς τοίνυν μετοπωρινῆς ὥρας καταλαβούσης, καὶ Μαυρικίου βασιλέως τῷ Πέτρῳ ἐν τῇ τῶν Σκλαβινῶν χώρᾳ προστάξαντος τὸν λαὸν παραχειμάσαι ἀντέστησαν οἱ Ῥωμαῖοι μὴ καταδεχόμενοι τοῦτο ποιεῖν, διά τε τὴν τῶν ἵππων ταπείνωσιν, καὶ διὰ τὸ πολλὴν πραΐδαν ἐπιφέρεσθαι, καὶ διὰ τὸ πλήθη βαρβάρων παρακεχῦσθαι τῇ χώρᾳ, καὶ στάσιν ἐμελέτησαν. ὁ δὲ στρατηγὸς ἀγαναxτῶν κατὰ τοῦ λαοῦ εἰς πόνους αὐτοὺς ἐνέβαλλεν. ἐπιπίπτουσι τοίνυν ὑετοὶ λαῦροι τῷ στρατῷ, καὶ ψῦχος πολύ. ὁ δὲ Πέτρος ἀπὸ εἴκοσι μιλίων τῆς στράτας P. 241 τὴν διατριβὴν ἐποιεῖτο. Μαυρίκιος δὲ τῷ Πέτρῳ ἐνώχλει διὰ γραμμάτων διαπεραῦσαι τὸν Ἴστρον· καὶ τὰς χειμερινὰς ἀποτροφὰς τοῦ λαοῦ ἐκ τῆς τῶν Σκλαβινῶν χώρας ἐρύσασθαι, ὅπως μὴ δημοσίας σιτήσεις ἀναγκασθῇ τοῖς Ῥωμαίοις παρασχέσθαι. ὁ δὲ στρατηγὸς μεταστειλάμενος τὸν Γουνδόην ἔφη· λίαν μοι βαρύτατα τοῦ βασιλέως προστάγματα ἐπὶ ἀλλοτρίας γῆς Ῥωμαίους χειμάσαι προστάσσοντος, καὶ τὸ παρακοῦσαι χαλεπόν· καὶ τὸ ὑπακοῦσαι, δεινότερον. οὐδὲν

3. καταλαβούσης A, καταλαμβανούσης vulg. 4. προστάξαντος τὸν λαὸν παραχειμάσαι A, παραχειμάσαι κελεύσαντος vulg. ἀντέστησαν A, ἀνέστησαν vulg. 6. τὴν add. ex A. 12. ἐνώχλει A, ἐπώχλει vulg. 17. ἔφη add. ex A. 18. προστάσσοντος om. A. καὶ τὸ παρακοῦσαι χαλ. A a, καὶ τὸ ἐπακοῦσαι δεῖν χαλ. vulg. 19. καὶ τὸ ὑπακοῦσαι A a, καὶ τὸ παρακοῦσαι vulg.

album te ascribit: imperii vero dignitate cum dedecore et vitae periculo excides. his auditis Mauricius totis viribus laudes deo retulit. autumno igitur appetente, et Mauricio imperatore Petrum cum exercitu in Sclavinorum agris hibernare iubente, milites imperata facere detrectantes tumultuantur, et equos iam defatigatos, multamque praedam se avehere, sparsasque per regionem adversariorum copias passim occurrere causati, in rebellionem versi sunt. quare dux exercitus in rebellantes invectus duris eos laboribus subigere moliebatur: tunc admodum copiosi imbres, frigusque ingens castris incubuit. porro Petrus ad passuum viginti millia a via remotior moram agebat. Mauricius interea per litteras etiam moleste iussitabat exercitum trans Istrum duci, et ex Sclavinorum agris annonam in hiemem ei subministrari, ne ipse ex publico commeatum praebere cogeretur. dux autem Gundui ad se vocato, quam dura, inquit, imperatoris iussa, in alieno hostilique solo exercitum hiemare praecipientis! parendi sane necessitas gravis: detrectandi difficultas maior. nil equidem boni

καλὸν τίκτει φιλαργυρία, μήτηρ δὲ πάντων τῶν κακῶν καθέστηκεν. ταύτην νοσῶν ὁ αὐτοκράτωρ τῶν μεγίστων κακῶν αἴτιος τοῖς Ῥωμαίοις γίνεται. μεταστειλάμενος δὲ τοὺς τα- B
ξιάρχας τοῦ λαοῦ, τὸν τοῦ βασιλέως σκοπὸν αὐτοῖς παρεδή-
λωσεν. οἱ δὲ ἔφησαν· τὸν λαὸν τοῦτο μὴ καταδέξασθαι. ὁ δὲ V. 192
λαὸς τοῦτο ἀκούσας ἐστασίασεν· καὶ οἱ ἐπίσημοι ἄρχοντες φυγόντες ἐξ αὐτῶν πρὸς τὸν στρατηγὸν παρεγένοντο. τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα προβάλλονται ἔξαρχον Φωκᾶν τὸν κένταρχον, καὶ ἐπὶ ἀσπίδος τοῦτον ὑψώσαντες εὐφήμησαν ἔξαρχον. καὶ
ταῦτα ὁ Πέτρας ἀκηκοὼς εἰς φυγὴν ἐτράπη, καὶ τῷ βασιλεῖ πάντα κατάδηλα ἐποίησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ δυσχερῆ ταῦτα ἀκούσας, κρύπτειν αὐτὰ τῷ πλήθει ἐπειρᾶτο. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ καὶ ἱππικὸν ἐπετέλεσεν, τὰ τῆς συμφορᾶς ἀποκρύπτων. C
ὁ δὲ δῆμος τῶν Πρασίνων ἔκραξεν, λέγων· Κωνσταντῖνος καὶ Δομεντίολος, δέσποτα Ῥωμαίων τρισαύγουστε, τῷ οἰκείῳ σοῦ δήμῳ παρενοχλοῦσιν, ἵνα ὁ κρούκης διοικήσῃ, εἰς ἃς ἔχομεν ἁμαρτίας. ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας ὑποτάξει πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἐμφύλιόν τε καὶ ἀλλόφυλον, καὶ χωρὶς αἱμάτων. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς δήμοις ἐδήλωσεν·
μηδὲν ὑμᾶς ταράξῃ ἀλόγων στρατιωτῶν ἀκοσμία καὶ ἀταξία.

5. οἱ δὲ A, αὐτοὶ δὲ vulg. τοῦτο A, τοῦτον vulg. 9. ἀσπίδος A, ἀσπίδα vulg. 11. πάντα A, ταῦτα vulg. 13. ἐπετέλεσεν A, ἔπετ. vulg. 15. Δομεντζίολος A.

atque honesti avaritia peperit; quin immo incommodorum omnium mater apud omnes aestimatur. huius contagio imperator infectus ingentium malorum auctor Romanae rei publicae habebitur. convocatis subinde agminum praefectis, imperatoris voluntatem ipsis patefacit: qui, milites illam minime excenturos, dixere. illa quoque publice enunciata, confestim exercitus omnis in rebellionem motus. periculo subducunt se primores, et ad ducem palantes se conferunt. quamobrem agmina in unum collecta Phocam centurionem exarchum creavere: tumque clipeo sublatum exarchum faustis acclamationibus prosequuti sunt. ea re intellecta, Petrus fuga lapsus certiorem de omnibus fecit imperatorem. Mauricius nuncium adeo gravem atque molestum accipiens, urbicariis turmis caelare satagebat. die vero secunda insequente, quo magis infortunium occultaret, certamen equestre celebravit. tum vero Prasinorum factio in has voces erupit: Constantinus et Domentiolus, Romanorum domine, ter auguste, sollicitant populum, ut, peccatis nostris exigentibus, furcifer rei communis administrator instituatur: deus rerum omnium opifex adversarios et hostes universos intestinos aeque ac exteros citra sanguinis effusionem

οἱ δὲ Βένετοι εἶπον· ὁ θεὸς ὁ κελεύσας σε βασιλεύειν ὑποτάξει σοι πάντα τὸν πολεμοῦντα τὴν βασιλείαν σου. εἰ δὲ Ῥωμαῖός ἐστιν ὁ ἀγνωμονῶν σε εἰς δουλείαν σοι τοῦτον ὑποD τάξει χωρὶς αἱμάτων. τούτους δὲ ὁ βασιλεὺς καθοπλίσας καὶ λόγοις ἡπίοις κατευνάσας, σὺν τοῖς δημάρχοις φυλάττειν τὰ τείχη τῆς πόλεως προσέταξεν. τοῦ δὲ υἱοῦ τοῦ βασιλέως ἅμα Γερμανοῦ τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ εἰς Καλικράτειαν κυνηγετοῦντος, ἀποστέλλουσι γράμματα οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς Θεοδόσιον ἀξιοῦντες ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι, εἰ δὲ μή, κἂν Γερμανὸν προσαγορεῦσαι βασιλέα· μηδὲ γὰρ ἔτι ἀνέχεσθαι ὑπὸ Μαυρικίου βασιλεύεσθαι. ταῦτα ὁ Μαυρίκιος μαθών, μεταστέλλεται τὸν υἱὸν πρὸς ἑαυτόν. Κομεντίολον δὲ τὰ τείχη φρουρεῖν προσέταττε. τὸν δὲ Γερμανὸν σὺν τῷ υἱῷ Θεοδοσίῳ κατητιᾶτο τῶν συμφορῶν αἴτιον γεγονέναι. τοῦ δὲ Γερμανοῦ ἀπολογουμένου, Μαυρίκιος ἔφη· ὦ Γερμανέ, δύο εἰσὶ
P. 242 τεκμήρια τῆς ὑπονοίας μου· τά τε ἐκ τοῦ λαοῦ πρός σε γράμματα, καὶ τοῦ φείδεσθαι τὸν λαὸν τῆς ἀγελαίας ἵππου τῆς νεμομένης σοι εἰς τὰ προάστεια. πάντα γὰρ διήρπασαν, καὶ τῶν σῶν ἐφείσαντο. φείδου, Γερμανέ, τοῦ μηκύνειν τὸν

2. τὸν πολεμοῦντα A, τῶν πολεμούντων vulg. τῇ βασιλείᾳ A. 7. αὐτοῦ add. ex A. 9. εἰ δὲ μὴ ὑπὸ Μαυρικίου βασιλεύεσθαι add. ex A et aliis codd. 13. τὸν δὲ Γ. A, τὸν Γ. δὲ vulg. 18. διήρπασαν A, ἐφήρπασαν vulg. 19. ἐφείσαντο A, ἔφεισαν vulg.

tibi subiiciet. imperator ad haec factionibus significavit: insanientium militum motus indecentes atque seditio nequicquam vos moveant. tum Veneti: deus qui te imperatorem esse iussit cunctos maiestati tuae armis adversantes prosternet. si Romanus sit, qui tam ingrate tecum agit, huuc absque caedis periculo iterum servituti tuae subiiciet. illos itaque armis instructos et blandis verbis delinitos urbis moenia custodire iussit imperator. filio vero imperatoris ad Calicratiam cum Germano socero venatu se exercente, ad ipsum Theodosium, ut imperium suscipiat, litteras dirigunt Romani, si nollet, vel Germanum imperatorem renuntiaturos: non enim diutius posse tolerari Mauricii dominationem. ea re comperta filium ad se advocat Mauricius: moenium vero defensionem Comentiolo commendat. tum Germanum una cum filio Theodosio, ceu imminentium calamitatum auctorem, incusare. Germano crimen excusatione depellente: o Germane, inquit Mauricius, suspicionis meae duo sunt argumenta validissima: a populo nimirum ad te missae litterae, et quod equarum tuarum gregi ad urbis vicina loca pascenti populus idem pepercit. caeteris enim direptis, ex populi in te humanitate res tuae tectae

λόγον, οὐδὲν ἡδύτερον τοῦ διὰ ξίφους τεθνάναι. ὁ δὲ Γερμανὸς εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεομήτορος τῶν Κύρου προσέφυγεν. καὶ ὁ βασιλεὺς τοῦτο μαθὼν Στέφανον τὸν εὐνοῦχον ἀπέστειλεν τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν Γερμανὸν τῆς ἐκκλησίας. τοῦ δὲ Στε-
5 φάνου βιαίως ἐξαγαγεῖν τοῦτον θελήσαντος, οἱ τοῦ Γερμανοῦ ὑπασπισταὶ ἀντικαταστάντες, ἐξωθοῦσι τὸν Στέφανον, καὶ λα- B
βόντες τὸν Γερμανὸν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καταφεύγουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ῥάβδοις ἐμαστίγου Θεοδόσιον τὸν ἑαυτοῦ
10 υἱόν. ἔφασκεν γὰρ δι' αὐτοῦ Γερμανὸν φυγαδευθῆναι· καὶ ἀποστέλλει ἐξκουβίτωρας τοῦ ἐξαγαγεῖν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸν Γερμανόν. ἐντεῦθεν θρύλλος μέγας τῇ πόλει ἐνέσκηψεν. ὁ δὲ Γερμανὸς ἠθέλησεν ἐξελθεῖν, καὶ δοῦναι ἑαυτόν. τὰ δὲ πλήθη οὐ κατεδέξαντο, ἀλλ' ὕβρεσι μεγάλαις τὸν
15 βασιλέα ἠτίμασαν, λέγοντες· μὴ σχοίη δέρμα, ὁ φιλῶν σε Μαυρίκιε Μαρκιανιστά. οἱ τοίνυν τὰ τείχη φρουροῦντες ταῦτα μαθόντες, τῆς φρουρᾶς κατημέλησαν. τότε οἱ τοῦ Πρασίνου μέρους τὴν οἰκίαν τοῦ Κωνσταντίνου, τοῦ λεγομένου Λάρδου, καταφλέγουσιν. ὁ δὲ Μαυρίκιος μεσούσης τῆς νυ- C
20 κτὸς ἀποδυσάμενος τὴν βασιλικὴν στολήν, καὶ ἰδιωτικὴν περιβαλόμενος, εἰς δρόμωνάς τε εἰσελθών, μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ καὶ Κωνσταντίνου, ἀποδιδράσκει. τὰ V. 193

2. εἰς τὰ Κύρου a. 5. βιαίως ἐξαγαγεῖν τοῦτον A, τ. ἐξ. βιαίως vulg. 9. Γερμανὸν add. ex A. 14. ἠτίμασαν A, ἠτοίμασαν vulg. σχοίη] ἔσχῃ A f. 19. περιβαλόμενος A, περιβαλλ. vulg.

sartaeque perstiterunt. parce, Germane, sermones ambagibus involvere, morte gladio inferenda nihil mihi incundius. tum Germanus ad dei genitricis aedem, cui a Cyro factum nomen, confugit. quod ubi rescivit imperator, Stephanum eunuchum, qui Germanum ecclesia educeret, misit. Stephano ad eum eruendum vim adhibente, Germani stipatores contra resistentes, Germanum inde ereptum ad magnam ecclesiam fuga celeri deducunt. interea filium Theodosium virgis caedi iubet imperator. Germanum enim eius consiliis fugam arripuisse causabatur. quare excubitores qui eum ecclesia extrahant, mandat: ex quo tumultus ingens civitatem universam invadit. cum vero Germanus exire, ac se ultro dedere pararet, plebs id minime passa est: quin petulantioribus conviciis in imperatorem invecta, excorietur, exclamavit, qui te diligit, Mauricie Marcianista. istis auditis, qui moenibus defendendis invigilabant, deseruere custodiam. tum vero qui Prasinae parti affecti, Constantini, cui cognomen Lardus, aedem succenderunt. ergo Mauricius imperatoris insignibus et vestibus exutus, privatum induens, media nocte, conscensis dromonibus, cum

δὲ πλήθη δι' ὅλης τῆς νυκτὸς αἰσχίσταις ὕβρεσι τὸν βασιλέα καθύβριζον ἐπέσκωπτόν τε, καὶ τὸν πατριάρχην Κυριακόν. λαίλαπος τοίνυν γενομένου μεγάλου μετὰ κινδύνων μεγίστων διασώζεται Αὐτόνομος. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ ἐπιτίθενται αὐτῷ καὶ νόσοι ἀρθρίτιδες, ἃς ποδαλγίας καὶ χειραλγίας καλοῦσιν. ἐντεῦθεν ἀποστέλλει Θεοδόσιον τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πρὸς Χοσρόην
D τὸν βασιλέα Περσῶν μετὰ Κωνσταντίνου, ὅπως ὑπομνήσῃ τῶν ὑπὸ Μαυρικίου γεγονότων αὐτῷ, καὶ τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας προσνείμῃ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. ὁ δὲ Γερμανὸς πέμπει πρὸς Σέργιον τὸν Δήμαρχον τοῦ Πρασίνου μέρους, ὅπως συναγωνίσηται αὐτῷ τοῦ βασιλεῦσαι, ὑποσχόμενος τιμῆσαι τὸ μέρος τοῦ Πρασίνου, καὶ αὐτὸν μεγάλαις ἀξίαις περιβαλεῖν. ὁ δὲ Σέργιος τοῖς ἐπισημοτέροις τοῦ δήμου τοῦτο ἐθάρρησεν. οἱ δὲ τοῦτο οὐ κατεδέξαντο λέγοντες· οὐκ ἄν ποτε Γερμανὸς τῆς τῶν Βενέτων προσπαθείας ἀποστήσεται. οἱ δὲ Πρά-
P. 243 σινοι ἐξελθόντες εἰς τὸ Ῥήγιον μεγάλαις εὐφημίαις ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν, καὶ πείθουσιν αὐτόν, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενέσθαι. πέμπει τοίνυν ὁ Φωκᾶς Θεόδωρον τὸν ἀσηκρήτις, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐπανέγνωσεν τῷ

4. αὐτόνομος A. 5. ἐνταῦθα a. 6. Χοσρόην add. ex A. 7. ὑπομνήσῃ τῶν A, ὑπομνησθῇ vulg. 10. τὸν add. ex A. 16. ἑτίμων] εὐφήμουν a. 18. ὁ add. ex A. Ἀσηκρήτην A b, Ἀσηκρήτης a, Ἀσικρίτην f.

uxore, liberis, et Constantino, fuga salutem quaerit. populi vero turmae turpibus verbis et foedis iniuriis per totam noctem imperatorem proscindere, et in ipsum patriarcham Cyriacum dicteria illiberalesque iocos spargere. exorta autem subinde tempestate maxima, Mauricius post varia discrimina ad Autonomum salvus delatus est. eademque nocte morbus articularis, quem a manuum pedumque doloribus, podalgiam, et chiralgiam nuncupant, eum corripuit. exinde Theodosium filium cum Constantino mittit ad Persarum regem Chosroëm, quo beneficii quondam collati memoriam renovaret, et proprio filio grati animi officium rependeret, et gratiae vicem refunderet. interea Germanus ad Sergium Prasinae factionis tribunum delegat, ut is sibi ad derelictum imperium obtinendum operam accommodet, factionem Prasinam multis honoribus aucturum, ipsumque insolitis dignitatibus cumulaturum pollicitus. Sergius cum factionis suae praecipuis consilium communicat: rem vero propositam illi respuentes, nusquam, inquiunt, ea, qua fertur in Venetos propensione Germanus discedet. itaque Prasini Rhegium usque progressi, faustis salutationibus tyrannum Phocam excipientes, ad Hebdomum accedere suadent. Phocas subinde Theodorum a secretis delegat, qui in magnam ecclesiam ingres-

λαῷ, ὅπως ὁ πατριάρχης καὶ οἱ δῆμοι καὶ ἡ σύγκλητος ἀφίκωνται ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. τούτου τοίνυν γεγονότος, καὶ πάντων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀφικομένων, Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπῄτησεν τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τοῦ ἀταράχον φυλάξαι τὴν ἐκκλησίαν. ἔδοξεν δὲ ὁ τύραννος τὸν Γερμανὸν εἰς βασιλέα προτρέπεσθαι. τοῦ δὲ Γερμανοῦ κατειρωνευομένου μὴ θέλειν, καὶ τῶν δήμων εὐφημούντων τὸν B τύραννον, ἀναγορεύεται τὸ κακόν· καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορά, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα. ἡ δὲ ἀναγόρευσις τοῦ τυράννου εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐγένετο. δύο δὲ ἡμέρας ἐν τούτῳ διατρίψας τῇ τρίτῃ εἰς τὰ βασίλεια εἰσῆλθεν ἐπὶ βασιλικῆς ἁμάξης καθεζόμενος. τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ Λεοντίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστεψεν αὐγοῦσταν. καταστασιάζουσι C τοίνυν τὰ μέρη πρὸς ἄλληλα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ διὰ στάσεις τόπων. ὁ δὲ τύραννος τὸν Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψεν κατευνάσαι τὰ μέρη. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος Κοσμᾷ τῷ τῶν Βενέτων δημάρχῳ χεῖρας ἐπιβαλών, ὤθησέν τε καὶ

2. τούτου — ἀφικομένων] ἀφικομένων δὲ vulg. 3. ὁ add. ex A. 12. ἐγένετο A, γέγονεν vulg. 14. Λεοντιέαν A. 16. διάσιασις τόπον A f, διάστασις τόπων a. 18. ἐξέπεμψεν A, ἔπεμψεν vulg.

sus audiente populo ex tabella recitavit, ac iussit, patriarcham, populi factiones, et senatum ad Hebdomum convenire. quo demum facto, cum universi ad Hebdomum se contulissent, Cyriacus patriarcha sponsionem a tyranno exegit, qua se rectam fidem retenturum, ecclesiamque a turbis immunem conservaturum promitteret. porro tyrannus de eligendo in imperatorem Germano simulate consilium iniit. cum vero Germanus dolos mentitus se recusare profiteretur, factionesque interim tyrannum repetitis vocibus promovere non desisterent, pernicies et imperii clades imperator renunciatur. ita tyrannus sceptrorum dominus salutatur, calamitas felicitatis iura obtinet, et Romanorum aerumnae ingentiores ex adversis istis exordiis erumpunt. porro tyranni inauguratio ad Ioannis Baptistae templum peracta est. duos vero dies ibi moratus, tertio tandem imperatorio curru vectus in regiam penetravit. quinto insuper ab adventu die Leontiam uxorem imperiali redimivit corona, et augustam renunciavit. de stationum autem locis dissidentes ab invicem factiones eodem die seditionem moverunt. quare tyrannus Alexandrum conspirationis initae socium ad partes componendas misit. Alexander in Cosmam Venetorum tribunum manu violenter illata, audacius impulit, et

ὕβρισεν. οἱ δὲ Βένετοι ἀγανακτοῦντες, ἔκραζον· ὕπαγε· μάθε τὴν κατάστασιν, ὁ Μαυρίκιος οὐκ ἀπέθανεν. ὁ δὲ τύραννος τούτων ἀκηκοὼς τῶν φωνῶν, ἐπὶ τὸν τοῦ Μαυρικίου φόνον κινεῖται· καὶ ἀποστείλας στρατιώτας, ἤγαγεν αὐτοὺς ἐν Χαλκηδόνι εἰς τὸν Εὐρωπίου λιμένα. καὶ προαναιροῦνται τοῦ βασιλέως οἱ παῖδες οἱ ἄρρενες ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ πέντε, ἐν-
D τεῦθεν προκολάζων τὸν βασιλέα τῇ τῶν παίδων σφαγῇ· ὁ δὲ Μαυρίκιος φιλοσοφῶν τῷ δυστυχήματι, τὸν ἐπὶ πάντων ἐπεκαλεῖτο θεόν· καὶ πυκνῶς ἐφθέγγετο· δίκαιος εἶ, κύριε, καὶ εὐθεῖαι αἱ κρίσεις σου. γίνεται τοίνυν τῶν παίδων ὁ θάνα-
V. 194 τος τοῦ πατρὸς ἐπιτάφιον προσεπιδειξαμένου τὴν ἀρετὴν ἐν τῷ μεγέθει τῶν συμφορῶν. τῆς γὰρ τιθηνῆς αὐτοῦ κλεψάσης ἕνα τῶν βασιλικῶν μειρακίων, καὶ πρὸς σφαγὴν τὸ ἑαυτῆς ἐπιδούσης, ὁ Μαυρίκιος οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἐπεζήτησεν· φασὶ δέ τινες, ὅτι τούτου σφαγέντος, γάλα σὺν τῷ
P. 244 αἵματι ἔρρευσεν, ὥστε πάντας τοὺς ὁρῶντας θρηνῆσαι δεινῶς. οὕτω μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ μόνος φύσεως ὑψηλότερος γεγονὼς ὑπαλλάττει τὸν βίον. οὐ διέλιπε δὲ τὴν Ῥωμαίων βα-

3. τῶν φωνῶν om. A. 8. τῷ δυστυχήματι A, τὸ δυστύχημα vulg. 10. εὐθεῖς vulg. 12. τῆς συμφορᾶς A. κλεψάσης A, σκεπασάσης vulg. 13. πρὸς σφαγὴν τὸ ἑαυτῆς ἐπιδούσης A, πρὸς φυγὴν ἑαυτὴν ἐπιδοσάσης vulg. 16. ἔρρευσεν A, ἐρεῦσαι vulg. 17. μόνος A, νόμον a, νόμου f, νόμῳ vulg. 18. ὑπαλλάττει A, διαλλάττει vulg.

contumelia prosequutus est: quod gravius ferentes Veneti, discede, exclamant, disce modeste agere: nondum Mauricius periit. tyrannus vocibus istis auditis, de Mauricio quantocius e medio tollendo consilium init: summissosque Chalcedonem milites ad Europii portum descendere, ibique Mauricianae familiae stragem edere imperat. sub imperatoris igitur ipsius oculos liberi eius masculi quinque primo necantur: imperatoris quippe supplicium a filiorum nece tyrannus auspicabatur. Mauricius eam calamitatem forti animo sustinens, deum rerum omnium praesidem frequentius invocans, philosophabatur, crebroque repetebat: Iustus es, domine, et recta iudicia tua. filiis itaque mors illata, sepulchralem honorem patre auspicante: qui videlicet in summis aerumnis summae virtutis speciem exhibuit. cum enim nutrix unum ex imperatoris filiis suffurata proprium eius loco substituisset, non est hoc passus Mauricius, sed suum requisivit. ex iugulati pueri corpusculo lac emanasse, quidam ferunt: quod spectatoribus omnibus acerbissimas lacrimas excussit. sicque tandem imperator, cum lege naturae superiorem se gessit, vitam morte commutavit. ex illo demum tempore calamitates variae ingentesque Romanum im-

σιλείαν ἔξ ἐκείνου καιροῦ δυστυχήματα ποικίλα τε καὶ ἐξαίσια. ὅτε γὰρ Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὴν εἰρήνην διέλυσεν, καὶ οἱ Ἄβαρεις τὴν Θρᾴκην διώλεσαν, καὶ ἄμφω τὰ στρατεύματα τῶν Ῥωμαίων διεφθάρησαν, ὥστε, ὅπηνίκα Ἡράκλειος ἐβασίλευσεν, ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐποιήσατο εἰς τὸ ἀκριβές, καὶ ἐκ πάσης τῆς πληθύος τῆς εὑρεθείσης ἐπὶ τῆς τυραννίδος Μαυρικίῳ μετὰ Φωκᾶ οὐχ εὗρεν περαιτέρω δύο ἀνδρῶν. οὕτως οἱ τὸν τύραννον προστησάμενοι ἐπὶ αὐτοῦ B ἀνηλώθησαν.

Ῥωμαίων βασιλέως Φωκᾶ ἔτος α'. A.M. 6095

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνι ς' βασιλεύσας Φωκᾶς ὁ τύραννος ἀνεῖλεν, ὡς προλέλεκται, Μαυρίκιον σὺν πέντε παισὶν ἄρρεσιν· καὶ τὰς τούτων κεφαλὰς ἐκέλευσε τεθῆναι ἐν κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου ἡμέρας ἱκανάς· καὶ ἐξήρ- C χοντο οἱ τῆς πόλεως, καὶ ἐθεώρουν αὐτάς, ἕως ἐπώζεσαν. ἀναιρεῖται δὲ καὶ Πέτρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι πολλοί. Θεοδόσιον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ λόγος κρατεῖ πεφευγέναι, καὶ σεσῶσθαι. ταύτην δὲ τὴν φήμην Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ηὔξησεν ἄλλοτε ἄλλως ψευδόμενος, καὶ παρ' ἑαυτῷ τοῦτον ἔχειν λέγων, καὶ προνοεῖν δῆθεν, ἵνα τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν παραλάβῃ· δολερῶς δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας

3. οἱ βάρβαροι A. 11. ἰνδικτ. om. A f. 14. κάππῳ a f. 19. ἄλλοτε A, ἄλλο τε vulg.

perium labefactare non destiterunt. etenim Chosroës Persarum rex pacem solvit, Abares Thraciam devastaverunt: et uterque Romanus exercitus, quum in oriente, tum in occidente, dissipatus: ita ut cum Heraclius imperator creatus accuratam militum recensionem ageret, de universa multitudine, quae in illa Phocae adversus Mauritium rebellione adfuerat, duos tantum homines superstites reperiret: adeo illi ipsi, qui tyrannum evexerant, sub ipso demum ad internecionem deleti sunt.

Romanorum imperatoris Phocae annus primus. A. C. 595

Hoc anno mense Novembri, indictione sexta, tyrannus Phocas occupato imperio, Mauricium cum quinque masculis liberis, ut praemisimus, occidit, eorumque capita in tribunali campo per plures dies exponi iussit. ex urbe porro prodibant cives, et ad eorum spectacula, donec omnino foeterent, conveniebant. Petrus insuper Mauricii frater e medio tollitur cum aliis plurimis. Theodosium Mauricii filium fuga evasisse, et periculo superstitem vixisse rumor est. hanc vero famam Persarum rex Chosroës variis mendaciis in id confictis pro libito auxit; Theodosium penes se habere simulans, seque subinde procurare, ut paternum reciperet imperium: cum re vera ipse

ἐλπίζων κρατῆσαι, ὡς ἠλέγχθη πολυτρόπως, μάλιστα δὲ ἐκ τοῦ πολέμους αἰφνιδίους κινῆσαι, καὶ μεγάλως λυμήνασθαι
D τὰ Ῥωμαϊκά. τοῦ δὲ Φωκᾶ πρέσβυν πρὸς αὐτὸν ἀποστείλαντος Βίλιον, τοῦτον ἐκράτησεν, καὶ εἰς φυλακὴν ἀπέθετο, μηκέτι εἰς τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑποστρέψαι. γράμμασι δὲ ἀτίμοις τὸν Φωκᾶν ἀντημείβετο. Κωνσταντίναν δὲ τὴν βασίλισσαν ἅμα ταῖς τρισὶ θυγατράσι ἐν οἰκίᾳ ἰδιωτικῇ, ἐπιλεγομένῃ τοῦ Λέοντος, ὁ τύραννος κατέστησεν.

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ πόλει καλλιγράφος τις εὐλαβὴς ἐκ παννυχίδος οἴκαδε πορευόμενος μεσούσης τῆς νυκτὸς ὁρᾷ τοὺς ἀνδριάντας ἐκ τῶν βωμῶν καθελκυσθέντας, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγοντας· ἀναιρεῖσθαι Μαυρίκιον καὶ τὰ τέκνα
P. 245 αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐν Βυζαντίῳ πραχθέντα συμπτώματα. πρωΐας δὲ ἀπελθὼν ὁ ἀνὴρ τῷ αὐγουσταλίῳ ταῦτα διηγήσατο. ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ ταῦτα κατάδηλα ποιῆσαι. ἀπογραψάμενος δὲ τὴν ἡμέραν ἐκαραδόκει τὴν ἔκβασιν. ἐνάτῃ δὲ ἡμέρᾳ ὁ ἄγγελος κατέλαβεν μηνύων τὴν Μαυρικίου ἀναίρεσιν. τότε αὐγουστάλιος τὴν τῶν δαιμόνων πρόρρησιν ἐπὶ λαοῦ ἐθριάμβευσεν.

2. αἰφνιδίους A, αἰφνιδίου vulg. 4. βιβλίον A. 5. ὑποστρέψαι A b f, ὑποστρέψαντα vulg. 6. ἀντημείβετο A a f, ἀντιμείβεται vulg. 7. ἐπιλεγομένῃ A, λεγομένῃ vulg. τῶν Λέοντος A. 10. μεσούσης τῆς A, μέσης vulg. 13. πραχθέντα add. ex A. 14. ταῦτα A, πάντα vulg. 15. μηδενὶ A, μηδὲν vulg. 16. ἀπογραψάμενος A, γραψ. vulg.

de usurpando Romanorum imperio cogitaret: quemadmodum se ipsum variis demum modis prodidit, bella maxime ex improviso in Romanos inferendo, eorumque ditiones foede diripiendo. cum vero Phocas Bilium legatum ad eum misisset, comprehensum deiecit in carcerem, nusquam deinceps in Romanam ditionem reversurum: et litteris omnino indecoris Phocae responsum dedit. caeterum imperatricem Constantinam cum filiabus tribus, in domo privata, cui Leonis nomen, tyrannus inclusit.

In Alexandria porro civitate ex scriptoribus eximiis quispiam vir religiosus ex festivo pervigilio nocte media domum remeans videt statuas suis basibus dilapsas in terram ferri, et Mauricium eiusque liberos e medio sublatos, et cuncta, quae Byzantii acciderant, clara voce enunciantes audit. visa et audita mane ad augustalem profectus enarrat. comminatur ille nulli haec faceret manifesta. die vero notato et attentius observato exitum expectavit. nono postmodum die nuncius Mauricii caedem evulgaturus advenit, ac simul tunc daemoniorum vaticinia augustalis in publicum sparsit.

Ναρσῆς δ τῶν Ῥωμαϊκῶν γενόμενος στρατηγὸς κατὰ τοῦ V. 195
τυράννου ἀντῆρεν, καὶ τὴν Ἔδεσσαν ἐκράτησεν. γράφει τοί-
νυν Φωκᾶς Γερμανῷ τῷ στρατηγῷ πολιορκῆσαι τὴν Ἔδεσσαν.
δ δὲ Ναρσῆς γράφει Χοσρόην τὸν πρὸς βασιλέα Περσῶν
ἀθροῖσαι δυνάμεις καὶ κατὰ Ῥωμαίων συστήσασθαι πόλεμον.
ἐποίησε δὲ Φωκᾶς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Δομεντζίολον μάγιστρον, B
καὶ τὸν Πρίσκον κόμητα ἐξκουβιτόρων.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ ζ ἰνδικτιῶνι ζ προῆλθεν A.M. 6096
Φωκᾶς ἐν ταῖς ἑορταῖς ῥίψας ὑπατείαν πολλήν. Χοσρόης δὲ
βασιλεὺς τῶν Περσῶν συναθροίσας δύναμιν πολλὴν κατὰ
Ῥωμαίων ἐξαπέστειλεν. δ δὲ Γερμανὸς ἀκούσας ἐφοβήθη,
ἀναγκαζόμενος δὲ τοῦ πολέμου ἀπῆρξατο. τοῦ δὲ Γερμανοῦ
ἐν τῷ πολέμῳ πληγέντος, οἱ ὑπασπισταὶ τοῦτον διέσωσαν μέ-
χρι Κωνσταντίνης, καὶ ἡττῶνται Ῥωμαῖοι· ἑνδεκάτῃ δὲ
ἡμέρᾳ καὶ ὁ Γερμανὸς ἐτελεύτησεν. δ δὲ Φωκᾶς τὰς δυνά- C
μεις ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν μετέφερεν, τῷ Χαγά-
νῳ τὰ πάντα ἐπανῄσας, νομίζων ἠρεμεῖν τῶν βαρβάρων τὸ
ἔθνος. ταύτας δὲ διελὼν κατὰ Περσῶν ἀπέστειλεν, τὰς δὲ
πρὸς τὴν πολιορκίαν Ἐδέσσης κατὰ Ναρσοῦ σὺν Λεοντίῳ
εὐνούχῳ καὶ μεγιστάνῳ αὐτοῦ. δ δὲ Χοσρόης συναθροίσας

4. πρὸς Χοσρόην τὸν βασ. Περσ. A, πρὸς βασ. Π. τὸν X. vulg. 8 προῆλθεν A, προσῆλθεν vulg. 18. δὲ ἐλθὼν b, διελθὼν f, διαβιβάσας A, sed in litura: διελθών.

Caeterum Narses Romani dux exercitus rebellionem in tyrannum movit, et Edessam occupavit. quare Phocas Germano duci Edessam obsideat, litteris praecipit. Narses Persarum regem Chosroëm ut collecto exercitu in Romanos bellum moveat scriptis sollicitat. Phocas autem Domentziolum proprium fratrem magistrum, Priscum vero comitem excubitorum instituit.

Hoc anno mensis Decembris die septimo indictione septima, ad A.C. 596
solitas festorum solemnitates, sparsis in populum pro consulum more nummis processit. rex autem Persarum Chosroës collectas copias misit in Romanos. Germanus autem eo nuncio accepto extimuit: et necessitate compulsus bello principium dedit. illum vero eo in bello vulneratum stipatores Constantinam deduxere: victis alioqui Romanis. mox undecimo die a vulnere accepto Germanus diem extremum obiit. Phocas porro auctis ex foederis pacto faciendis Chagano donis, barbaros ea ratione quietem ac pacem servaturos sperans copias omnes ex Europa in Asiam transmisit. divisas autem turmas partim in Persas, partim in Narsetem sub Leontio eunucho et optimate ad obsidendam Edessam destinavit. Chosroës cum instructis aciebus Daras

δυνάμεις ἐπὶ τὸ Λαρᾶς γίνεται. Ναρσῆς δὲ ἐξελθὼν Ἐδέσσης ἐπὶ τὴν Ἱεράπολιν κατέφυγεν. ὁ δὲ Χοσρόης σὺν τοῖς Ῥωμαίοις γίνεται εἰς τὸ Ἀρξαμοῦν. καὶ φρούριον ἀπὸ ἐλέφαντος συστησάμενος τοῦ πολέμου ἀπήρξατο, καὶ νίκην μεγάλην ἤρατο, πολλοὺς Ῥωμαίων ζωγρήσας, οὓς καὶ ἀπέτεμεν. τούτων οὕτω πραχθέντων ὁ Χοσρόης ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ γῆν ἐπανέζευξεν Ζογγόη τὰς δυνάμεις καταλιπών. τοῦτο μαθὼν ὁ Φωκᾶς κατὰ Λεοντίου ἐμάνη, καὶ χειροπέδαις σιδηραῖς ἀτίμως αὐτὸν ἐν Βυζαντίῳ φέρει, καὶ χειροτονεῖ στρατηγὸν Δομεντζίολον τὸν ἴδιον ἀνεψιόν, ὃν καὶ κουροπαλάτην ἐποίησεν.

A.M. 6097 Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπέστειλεν Χοσρόης Καρδαρῖγαν καὶ Ῥουσμιάζαν, καὶ ἐπόρθησεν πολλὰς τῶν Ῥωμαίων πόλεις. ὁ δὲ Δομεντζίολος λόγον δοὺς τῷ Ναρσῇ καὶ ὅρκοις πολλοῖς
P. 246 πείσας αὐτὸν μηδεμίαν ἀδικίαν παρὰ τῷ Φωκᾷ ὑπομένειν, ἀπέλυσεν αὐτὸν πρὸς Φωκᾶν. ὁ δὲ Φωκᾶς μὴ φυλάξας τὸν λόγον τοῦτον πυρὶ κατέκαυσεν. ἐν λύπῃ οὖν μεγάλῃ γεγόνασιν οἱ Ῥωμαῖοι, ὅτι φόβον μέγαν εἶχεν εἰς Πέρσας ὁ Ναρσῆς, ὥστε τὰ τέκνα τῶν Περσῶν ἀκούοντα τὸ ὄνομα Ναρσοῦ τρέμειν.

A.M. 6098 B Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Θωμᾶ ἔτος α'.

2. ἱερὰν πόλιν a. κατέφυγεν A, διέφυγεν vulg. 3. Ἀρξαμοῦν A a f, Ἀρζαμοῦν vulg. ἐλεφάντων e. 13. πολιτείας A. 14. λόγον δοὺς A, λόγοις vulg. 16. ἀπέστειλεν a. 17. οὖν A, δὲ vulg.

profecto, Narses Edessa profugus Hierapolim contendit. tum vero Chosroës ad Arzamum Romanis occurrit, et elephantis castrorum in morem ordinatis, belli dat exordia, et insignem refert victoriam, captis Romanis quamplurimis, quos etiam capite mulctavit. his ita gestis, Chosroës Zongoi cura exercitus commissa, in propriam ditionem rediit. eo cognito Phocas in Leontium ira invectus, ferreis manicis devinctum Byzantium adduci iubet, Domentziolo proprio nepote, quem deinde curopalatem declaravit, duce exercitus instituto.

A. C. 597 Hoc anno Chosroës Cardariga et Rusmiaza missis Romanorum urbes plurimas devastavit. Domentziolus autem verborum et iusiurandi data Narseti fide, et mali nequidquam a Phoca passurum pollicitus, virum ad Phocam Cpolim destinavit. at Phocas spreto dato fidei iuramento, ipsum igne combussit. ea res Romanis tristitiam induxit ingentem: metuebant enim Persae Narsetem adeo, ut Persarum pueri solo Narsetis nomine audito deterrerentur et exhorrescerent.

A. C. 598 Cpoleos episcopi Thomae annus primus.

Τούτῳ τῷ ἔτει σχολαστικὸς εὐνοῦχος ἀνὴρ ἔνδοξος τοῦ παλατίου μεσούσης νυκτὸς Κωνσταντίναν τὴν δέσποιναν σὺν ταῖς τρισὶ θυγατράσιν αὐτῆς λαβών, εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν κατέφυγεν τῇ βουλῇ Γερμανοῦ τοῦ πατρικίου ὀρεγομένου τὴν βασιλείαν. γίνεται τοίνυν ἐν τῇ πόλει στάσις μεγάλη. οἱ δὲ Πράσινοι ἀθροισθέντες ἐπὶ τὸν Κοχλίαν, ἐδυσφήμουν τὴν V. 196
Κωνσταντίναν· ὁ δὲ Γερμανὸς τῷ δημάρχῳ τῶν Πρασίνων τάλαντον χρυσίου ἀπέστειλεν, ὥστε συνεργῆσαι αὐτοῖς. τὰ δὲ πρωτεῖα τοῦ δήμου οὐ κατεδέξαντο τοῦτο. ὁ δὲ τύραννος ἔπεμψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἀποσπάσαι τὰ γύναια· ὁ δὲ πατριάρχης Κυριακὸς ἀντικαθίστατο τῷ τυράννῳ, μὴ καταδε- C
ξάμενος ἐκ τοῦ ναοῦ ἀποσπάσαι τὰ γύναια τυραννικῶς. ὅρκοις δὲ βεβαιωθεὶς ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ, ὡς οὐκ ἀδικήσει αὐτάς, ἐξάγονται τοῦ ἁγίου τεμένους, καὶ ἐν μοναστηρίῳ ἐγκλείονται· τὸν δὲ Γερμανὸν ἀποκείρας ἐν ἱερεῦσι κατέταξεν, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ παρεφύλαττεν. τότε καὶ Φιλιππικὸς τὴν κόμην ἑλόμενος ἱερωσύνης ἀξίαν ἔλαβεν, καὶ ἐν Χρυσοπόλει ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ὃ ἔκτισε, διέτριβεν. οἱ δὲ Πέρσαι ἐν τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον τὸ Λαρᾶς, καὶ πᾶσαν τὴν Μεσοποταμίαν καὶ Συρίαν, αἰχμαλωσίαν πολλὴν ποιήσαντες, ἧς οὐκ ἔστιν ἀρι-

4. τῇ add ex A. 10. τὸ ἀποσπ. A. 11. ἀντικαθ. A, ἀντεκαθ. vulg. 12. ἐκ τοῦ ναοῦ add. ex A. 15. καὶ ἐν τ. ἰδ. ο. παρεφ. add. ex A. 16. καὶ post τότε add. ex A. 17. ἔλαβεν A, ἐνέβαλεν vulg. τῷ add. ex A.

Hoc anno scholasticus eunuchus vir in palatio clarus, Constantina imperatrice cum filiabus tribus mediae noctis silentio educta, Germani patricii imperium ambientis consilio, ad magnam ecclesiam confugit. magna itaque per urbem seditio exoritur. Prasini etenim ad Cochliam collecti, diris et execrationibus Constantinam insectabantur; quamvis Germanus ad suppetias sibi ferendas eos adducturus ad Prasinorum tribunos auri talentum dono misisset, oblatum tamen factionis principes respuerunt. quare mulierculas illas templo educendas tyrannus iussit: at patriarcha Cyriacus tyranno se opposuit, mulierculas ab ecclesia tyrannice avelli minime passus. iuramentis autem a Phoca interpositis, securus redditus nil indignum laturas, sacris septis extrahuntur, et in monasterio includuntur: Germanus autem deposita coma ad presbyterorum ordinem eius iussu adlectus et in ipsius domo custoditus est. Philippicus etiam crinibus attonsis sacerdotii dignitatem assequutus est, et Chrysopoli in monasterio a se extructo moram egit. caeterum hoc anno Persae Daras urbem cepere, Mesopotamiamque universam et Syriam excurrentes praedam haud facile numerandam secum avexere. patriarcha porro Cyriaco vivis

θμός. τοῦ δὲ πατριάρχου Κυριακοῦ τελευτήσαντος, Θωμᾶς
D χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ, διάκονος καὶ σακελλάριος ὢν τῆς
αὐτῆς ἐκκλησίας μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ια'.

A.M. 6099 Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου Θεοδώρου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Φωκᾶς ὁ τύραννος ἔζευξεν τὴν αὐτοῦ θυ- 5
γατέρα Δομεντζίαν Πρίσκῳ τῷ πατρικίῳ καὶ κόμητι τῶν ἐξ-
κουβιτόρων, καὶ γενομένου τοῦ γάμου ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Μα-
ρίνης, ἐκέλευσεν ἱππικὸν ἀχθῆναι. οἱ δὲ δήμαρχοι τῶν δύο
P. 247 μερῶν ἐν τοῖς τετρακίοσιν σὺν τῶν βασιλικῶν λαυράτων ἔστη-
σαν Πρίσκου καὶ Δομεντζίας λαυράτα. ταῦτα ἰδὼν ὁ βασι- 10
λεὺς ἠγανάκτησεν, καὶ πέμψας τοὺς δημάρχους Θεοφάνην καὶ
Πάμφιλον, καὶ στήσας αὐτοὺς γυμνοὺς εἰς τὸ στόμα, ἐκέλευ-
σεν ἀποτμηθῆναι αὐτούς. πέμψας δὲ τὸν πρωτοκούρσορα
αὐτοῦ, ἠρώτα αὐτούς· τίνος ἐπιτρέψαντος τοῦτο πεποιή-
κασι; οἱ δὲ εἶπον, ὅτι κατὰ συνήθειαν οἱ γραμμισταὶ τοῦτο 15
πεποιήκασι. ὁ δὲ δῆμος καὶ οἱ ὄχλοι ἔκραζον· φιλανθρώπου
δεσπότου πολλὰ τὰ ἔτη. οἱ δὲ γραμμισταὶ ἐρωτηθέντες, διὰ
B τί τοῦτο πεποιήκασι; ἔφησαν· ὅτι τοῦ βασιλέως τέκνα ὀνο-
μασθέντα ὑπὸ πάντων ἡμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν τοῦτο πεποιήκαμεν.
ὁ δὲ Πρίσκος φόβῳ συνεχόμενος, τὴν ἀγανάκτησιν ὀδειλία τοῦ 20

11. πέμψας ἤγαγε τοὺς a. 14. πρωτοκούρσορα A. 15. πεποιήκασι A, πεποίηκαν vulg. 16. οἱ δὲ εἶπον — — — πεποιήκασι om. A. 16. ὄχλοι A, λαοὶ vulg. 20. συνεχόμενος A, κατεχ. vulg.

ereptо Thomas, diaconus et sacellarius eiusdem ecclesiae mensis Octobris die undecimo in eius locum sufficitur.

A. C. 599 Alexandriae episcopi Theodori annus primus.

Hoc anno tyrannus Phocas Prisco patricio et excubitorum comiti filiam Domentiam in matrimonium locavit, celebratisque in Marinae palatio nuptiis equestre certamen agi iussit. ab utriusque vero factionis tribunis Prisci et Domentiae imagines inter alias imperatoris laureatas, ad columnas quatuor erectas cum vidisset imperator ira motus est, et Theophanem Pamphilumque factionum principes accitos, nudatisque corporibus in faciem ac terram iacentes capite truncari decernit. protocursore etiam ad eos misso sciscitabatur, cuius consilиis id attentassent. responderunt illi: fictores, quod more receptum est, moliti sunt. factionis autem grex, reliquusque populus vociferatus: clementissimo domino, inquit, multos annos. fictores interrogati, cur opus huiusmodi aggressi fuissent, filios, inquiunt, imperatoris ab omnibus faustis acclamationibus acceptos ac ita nominatos, nos proprio consilio ita delineavimus. Priscus autem re gesta

βασιλέως. τῶν δὲ ὄχλων κραζόντων φιλανθρωπευθῆναι αὐτοῖς, συνεχώρησεν ὁ Φωκᾶς· ἔκ τοτε οὖν μηνίσας ὁ Πρίσκος οὐκ ἦν ἐν ὀρθότητι μετὰ Φωκᾶ. γυνὴ δέ τις ὀνόματι Πετρωνία γίνεται τῇ βασιλίσσῃ Κωνσταντίνῃ ὡς ἀντὶ διακόνου πρὸς Γερμανὸν ἐκ Κωνσταντίνης τὰς ἀποκρίσεις ποιουμένη· τῆς δὲ φήμης πλατυνομένης Θεοδόσιον ζῇν τὸν υἱὸν τοῦ Μαυρικίου ἐλπίδας ἀγαθὰς ἥ τε Κωνσταντῖνα καὶ ὁ Γερμανὸς εἶχεν ἐπὶ τούτῳ· ἡ δὲ ἀνοσία Πετρωνία τῷ τυράννῳ ταῦτα κατάδηλα C πεποίηκεν. ὁ δὲ τύραννος Κωνσταντίναν Θεοπέμπτῳ τῷ ἐπάρχῳ πρὸς βάσανα ἔδωκεν· ἡ δὲ βασανιζομένη Ῥωμανὸν τὸν πατρίκιον γινώσκειν τὰ παρ' αὐτῶν λαλούμενα ὡμολόγησεν. V. 197 οὗτος δὲ κατασχεθεὶς συγκατίθετο καὶ ἄλλους εἶναι συνεργοὺς αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ τυράννου ἐπιβουλήν. κατεσχέθη δὲ καὶ ὁ Θεόδωρος ὁ τῆς ἀνατολῆς ἔπαρχος, ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. Ἐλπιδίου δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κόψας τῷ πυρὶ τοῦτον παρέδωκεν, τὸν δὲ Ῥωμανὸν ἀπεκεφάλισεν, τὴν δὲ Κωνσταντίναν σὺν ταῖς τρισὶ θυγατράσιν ἐν τῷ μούλῳ Εὐρωπίου, ἔνθα καὶ Μαυρίκιος ἀνῃρέθη, ξίφει D

1. ὄχλων A, λαῶν vulg. 2. μηνιάσας A. 7. ἀγαθὰς A, ἀγαθοὺς vulg. 8. τούτῳ A, τούτων vulg. ταῦτα κατ. A, κατ. τ. vulg. 9. ἐπάρχῳ A, ὑπάρχῳ vulg. 10. τὸν add. ex A. 12. οὗτος δὲ A, ὁ δὲ vulg. καὶ add. ex A. 14. ἔπαρχος A b, ὕπαρχος vulg. ὃν ὁ τύρ. hinc usque ad pag. 259, D. omnia intercidérunt in cod. A. 17. ἐν τῷ βούλῳ e f.

deterritus, ab imperatoris indignatione sibi cavebat. cuncta vero plebe veniam illis concedi crebris vocibus exclamante, Phocas delictum remisit. ab eo itaque momento alta mente repositam offensam Priscus gerens cum Phoca sincere et ex animo rem nullam tractabat. caeterum mulier quaedam cognomento Petronia tabellarii famuli vices gerens Constantinae ad Germanum utrinque dicta responsaque referebat. cum autem rumor increbresceret Theodosium Mauricii filium inter vivos adhuc superesse, magnam novandarum spem rerum eo nuncio Germanus et Constantina animis fovebant. nefaria vero Petronia quae gerebantur tyranno facit manifesta. quare Constantinam suppliciis examinandam praefecto Theopempto tyrannus commisit. illa tormentorum vi compulsa Romanum patricium dictorum ad invicem collatorum conscium ac participem fatetur. is pariter examinatus alios insuper ad insidias tyranno parandas adiutores sibi fuisse denunciat. comprehensus est etiam Theodorus orientis praefectus, quem tyrannus taureis caesum neci tradidit: ad haec Elpidium manibus et pedibus truncatum igne absumsit, Romano caput abscidit, Constantinam autem cum tribus filiabus ad Europii portus aggerem,

ἀπέτεμεν. τὸν Γερμανὸν δὲ καὶ τὴν τούτου θυγατέρα ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ στόματι μαχαίρας ἀπέκτεινεν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωάννην Τζίτζαν καὶ πατρίκιον, καὶ Θεοδόσιον τὸν τὴν Ἀβδιουμᾶν περικείμενον ἀξίαν, καὶ Ἀνδρέαν τὸν Σκόμβρον, καὶ Δαβὶδ τὸν χαρτοφύλακα τῶν Ὁρμίσδου.

Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ οἱ Πέρσαι τὸν Εὐφράτην περάσαντες, πᾶσαν τὴν Συρίαν καὶ Παλαιστίνην καὶ Φοινίκην αἰχμαλώτευσαν, πολλὴν ἅλωσιν ἐν Ῥωμαίοις ποιήσαντες.

A.M. 6100 P. 248 Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ Πρίσκος μὴ ὑποφέρων ὁρᾶν τοὺς ἀδίκους φόνους καὶ τὰ ὑπὸ Φωκᾶ γινόμενα, ἔγραψεν πρὸς Ἡράκλειον τὸν πατρίκιον καὶ στρατηγὸν Ἀφρικῆς, ὥστε ἀποστεῖλαι Ἡράκλειον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ Νικήταν τὸν υἱὸν Γρηγορᾶ τοῦ πατρικίου καὶ ὑποστρατήγου αὐτοῦ, ὅπως ἔλθωσιν κατὰ τοῦ τυράννου Φωκᾶ· ἤκουεν γὰρ μελετωμένην ἐν Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν· ὅθεν οὐδὲ τὰ πλοῖα τῆς Ἀφρικῆς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἀνέβαλον. ἀπέκτεινεν δὲ Φωκᾶς πᾶσαν τὴν συγγένειαν Μαυρικίου καὶ Κομεντίολόν τὸν στρατηγὸν τῆς Θράκης, καὶ ἄλλους πολλοὺς ἀνηλεῶς. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ θανατικὸν καὶ κνιπία παντὸς εἴδους. οἱ δὲ Πέρσαι

3. Ἰωάννην καὶ Τζίταν a, Ἰω. Τζίταν f. τὴν om. b. 4. Ἀὐδιουμᾶν f. καὶ Ἀνδρέαν τὸν Σκόμβρον a, καὶ Ἀνδρέαν τὸν Κόσμαρον e, καὶ Ἀνδρέαν τὸν Κοσμυρὸν f, καὶ Σκόβαρον vulg. 5. τῶν Ὁρμ. a. 10. καὶ τὰ κατὰ τὰ ὑπὸ Φ. vulg. 19. κνιπία] σκνηπία a, σκηπία coni. Goar.

ubi Mauricius trucidatus, gladio percussit, Germanumque cum eius filia ad Proten insulam iugulo machaera abscisso perire iussit. similiter Ioannem Tzitzam patricium, et Theodosium subadiuvae dignitate insignem, Andream quoque Scombrum, et Davidem Hormisdarum palatii chartophylacem e medio sustulit immaniter.

Eodem etiam anno Persae Euphratem transgressi, Syriam universam, et Palaestinam, atque Phoeniciam populati sunt: ingentemque stragem atque praedam in Romanorum ditione fecere.

A. C. 600 Hoc anno Priscus nefarias caedes et Phocae perpetrata scelera ferenda non amplius ratus, Heraclio patricio Africae duci Heraclium filium, et Gregorae patricii legati sub eo militantis filium nomine Nicetam, Phocae tyrannidi sese opposituros, ad se mittat scribit: audiebat enim adversus Phocam in Africam parari seditionem, ex quo Africae navigia per totum id tempus Cpoli non appulere. caeterum Phocas universos Mauricii consanguineos, et Comentiolum Thraciae ducem, et alios plures crudeliter interfecit. sub id vero tempus mortalitas et omnium rerum penuria ingruit. Persae vero Cardarega du-

ἐξῆλθον σὺν τῷ Καρδαρίγᾳ, καὶ παρέλαβον τὴν Ἀρμενίαν καὶ Καππαδοκίαν, καὶ πολεμήσαντες ἔτρεψαν τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα· καὶ παρέλαβον τὴν Γαλατίαν καὶ τὴν Παφλαγονίαν· καὶ ἦλθον μέχρι Χαλκηδόνος λυμαινόμενοι ἀφειδῶς πᾶσαν ἡλικίαν. καὶ οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους· ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. C

Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Σεργίου, Ἱεροσολύμων Ζαχαρίου, Ἀλεξανδρείας Ἰωάννου ἔτος α'. A.M. 6101

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀστατήσαντες οἱ Ἀντιοχεῖς Ἑβραῖοι στάσιν ἐποιήσαντο κατὰ Χριστιανῶν, καὶ ἀποσφάζουσιν Ἀναστάσιον τὸν μέγαν πατριάρχην Ἀντιοχείας, βαλόντες τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ μετὰ τοῦτο σύραντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν μέσην ἐφόνευσαν, καὶ πολλοὺς κτηνῶν, καὶ ἔκαυσαν αὐτούς. ὁ δὲ Φωκᾶς ἐποίησεν κόμητα ἀνατολῆς Βόνοσον καὶ Κόττονα στρατηλάτην, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κατ' αὐτῶν. ἐπισυνάξαντες δὲ στρατεύματα ἐπῆλθον αὐτοῖς, καὶ ἐφόνευσαν πολλούς, καὶ ἠχρωτηρίασαν, καὶ τῆς πόλεως ἐξέρριψαν. ὁ δὲ Φωκᾶς ἐποίησεν ἱππικόν, καὶ οἱ Πράσινοι ὕβρισαν αὐτόν, λέγοντες· πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες· πάλιν τὸν νοῦν * ἀπέλεκες· καὶ ἐπέτρεψεν Κώνσταν τὸν ὕπαρ- D V. 198

16. Κόττανα a, Κοττανῶν f. 21. ἀπέλεκες] ἀπόλεσες a, fort. ἀπώλεσας. 21. fort. Κώνσταντα.

cente exercitum, expeditione suscepta, Armeniam, Cappadociamque cepere, et inito certamine Romanas prostraverunt acies, et Galatia, Phalagoniaque occupata, et omnibus devastatis, nullo aetatis aut sexus habito discrimine Chalcedonem usque devenere. atque ita Persae extra urbem tyrannidem in Romanos exercuere: Phocas interius domesticum accendebat bellum, idque crudelius, civibus interfectis et in carcerem detrusis.

Cpoleos episcopi Sergii, Hierosolymorum Zachariae, Alexandriae Ioannis annus primus. A. C. 601

Hoc anno seditione mota, Hebraei Antiochenses tumultuati sunt, et Anastasio magno Antiochiae patriarcha occiso, virilia in eius os inseruerunt, et per medias urbis vias raptatum interfecerunt, pluresque opulentiores cives summisso domibus igne absumpserunt. Bonosum autem orientis comitem creatum et Cottonem militiae magistrum adversus eos in aciem procedere iussit: qui copiis eductis, impetu in eos facto, quosdam interfecerunt, membris mutilaverunt alios, quos demum urbe fecerunt extorres. porro equestribus ludis a Phoca populo datis, Prasini ei palam conviciati sunt, vociferantes: iterum caliculo

χον τῆς πόλεως, καὶ πολλοὺς ἠκρωτηρίασεν, καὶ τὰ μέλη αὐτῶν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἐκρέμασεν. ἄλλους δὲ ἀπεκεφάλισεν, καὶ ἑτέρους
P. 249 ἐν σάκκοις βαλὼν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπέπνιξεν. πορευθέντες δὲ οἱ Πράσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ ἔκαυσαν τὸ σκρέτον καὶ τὰ σκρίνια καὶ τὰς φυλακάς. καὶ ἐλθόντες οἱ ἐν ταῖς φυλακαῖς ἔφυγον. καὶ θυμωθεὶς ὁ Φωκᾶς ἐκέλευσεν τοὺς Πρασίνους μηκέτι πολιτεύεσθαι. Ἡράκλειος δὲ στρατηγὸς Ἀφρικῆς ἐνοχλούμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου, ἐξώπλισεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἡράκλειον τοῦ ἀπολῦσαι κατὰ Φωκᾶ τοῦ τυράννου· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὑποστράτηγος αὐτοῦ Γρηγορᾶς ἀπέλυσεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικήταν στοιχήσαντες, ἵνα ὅς τις προλάβοι καὶ
B νικήσοι τὸν τύραννον, βασιλεύσῃ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει γέγονε χειμὼν μέγας πάνυ, ὥστε παγῶσαι τὴν θάλασσαν· ἐν οἷς καὶ ἰχθὺς πολὺς ἐξερρίφη. τότε Φωκᾶς Μακρόβιον τὸν Σκρίβωνα ἐκέλευσεν τοξευθῆναι εἰς τὴν ἀγοραίαν καὶ εἰς τὸ καστέλλιν τῶν Θεοδοσιανῶν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ κρεμασθέντα εἰς τὸ κοντάριν εἰς ὃ γυμνάζονται οἱ τύρωνες ἀποθανεῖν, ὡς συγγνώσαντα τῇ ἐπιβουλῇ αὐτοῦ. Θεόδωρος γὰρ ὁ ὕπαρχος Καππαδόκης καὶ Ἐλπίδιος ὁ ἐπάνω τοῦ ἁρμαμέντου, καὶ ἕτεροι διάφοροι ἐπιβουλὴν ἐποίησαν ἀνελεῖν ἐπὶ

2. εἰς τὴν ἀγορὰν b.

bibisti, atque iterum sensum amisisti. ex eius itaque iussu Constans urbis praefectus multis extrema membra decurtavit, eaque ad circi metam suspendit: alios autem capite mulctavit, et alios tandem saccis inclusos in pelagi profundum egit praecipites. at Prasini ad invicem collecti ignem praetorio subiecerunt, secretumque scrinia, et carceres incenderunt: adeo ut qui custodia tenebantur libertatem fuga reciperent. iratus subinde Phocas Prasinos, ne publicis reipublicae muneribus fungi possent, damnavit. porro Heraclius Africae praefectus a senatu frequenter sollicitatus, Heraclium filium classe ac militibus instruxit, ut adversus tyrannum Phocam procederet: legatus pariter eius in praefectura Gregoras filium Nicetam armavit, et Cpoli ablegavit, iis cum Heraclio pacti conditionibus initis, ut qui alium praeveniret, et tyrannum devinceret, is imperium consequeretur.

Eodem etiam anno adeo vehemens frigus desaeviit, ut mare gelu concresceret, ex quo pisces innumeri ad littus mortui proiecti. sub id tempus Phocas Macrobium Scribonem in foro sagittis confodi, et ad castellum Theodosianorum in Hebdomo ex hasta, ad quam tyrones exercentur, suspendi, et mortem oppetere iussit: qui nimirum coniurationis in se conflatae conscius fuisset. Theodorus enim Cappadox praefectus, et Elpidius armamentarii praepositus, variique alii

ἱπποδρομίου τὸν Φωκᾶν. καὶ ποιήσας ἄριστον Θεόδωρος ὁ ὕπαρχος τῶν πραιτωρίων ἤρξατο ἐπιφαίνειν αὐτοῖς τὸν ἑαυτοῦ σκοπόν. συνέβη δὲ ἐκεῖ εὑρεθῆναι Ἀναστάσιον κόμητα τῶν λαργιτιώνων. τοῦ ἀρίστου οὖν γινομένου καὶ ἐξηγουμένου τὰ τῆς ἐπιβουλῆς μετεμελήθη, ὁ Ἀναστάσιος εὑρεθεὶς ἐκεῖ, καὶ οὐκ εἶπεν τὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἀλλ' ἐσιώπα. ὁ δὲ Ἐλπίδιος ἐπέμενε λέγων· οὐ θέλετε, ἵνα ἐν ὅσῳ κάθηται ἐν τῷ σέντζῳ ἐπὶ ἱπποδρομίας πιάσω αὐτόν, καὶ ἐκκοράκίσω τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καὶ οὕτως αὐτὸν ἀποκτείνω; καὶ ὑπέσχετο διδόναι αὐτοῖς ἅρματα. γνωσθέντος δὲ τοῦ πράγματος ἐκ διαβολῆς Ἀναστασίου τῷ Φωκᾷ, ἐκέλευσε τὸν ἔπαρχον καὶ τὸν Ἐλπίδιον καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐγνωκότας τὴν ἐπιβουλὴν ἐξετασθῆναι μετὰ πάσης ἀκριβείας. ἐξετασθέντων δὲ αὐτῶν κατέθεντο τὰ τῆς ἐπιβουλῆς· καὶ ὅτι τὸν Θεόδωρον ἐβούλοντο ποιῆσαι βασιλέα. ὁ δὲ Φωκᾶς ἐκέλευσεν ἀποκεφαλισθῆναι Θεόδωρον καὶ Ἐλπίδιον καὶ Ἀναστάσιον καὶ πάντας τοὺς ἐγνωκότας τὴν ἐπιβουλὴν αὐτοῦ.

C

D

Ῥωμαίων βασιλέως Ἡρακλείου ἔτος α'. A.M.6102

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ δ' ἰνδικτιῶνι ιδ' ἦκεν P.250 ὁ Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα καστελλωμένα, ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια, καὶ εἰκόνας τῆς θεομήτορος,

12. τῇ ἐπιβολῇ b. 20. ὁ add. ex b. καστελλομένα a f. 21. εἰκόνα a.

consilium inierunt de occidendo Phoca cum in circo sederet. ad epulum autem (cui Anastasium largitionum comitem adesse contigit) vocatis, Theodorus praetoriorum praefectus, mentem eis aperire coepit. mensis itaque remotis, et coniurationis ordine inter convivas recensito, Anastasius auditor datae fidei poenitens, quae corde tegeret, non explicuit, sed silentio occultavit. interim Elpidius propositi tenax subinfert: num vultis, ut dum throno insidet, in circo eum comprehendam, et erutis e capite oculis, ita demum interficiam? arma vero eis suppetere insuper pollicitus est. Phocas autem tota coniurationis serie ab Anastasio revelata, praefectum, et Elpidium, reliquosque optimates eius participes, adhibitis cruciatibus diligenter examinari edixit. qui inter tormenta conspirationem omnem detexere, atque imperatorem Theodorum se praeficere voluisse confessi sunt. porro Phocas Theodorum, Elpidium, Anastasium, et reliquos coniurationis conscios capite truncari praecepit.

Romanorum imperatoris Heraclii annus primus. A. C. 602

Hoc anno mensis Octobris die quarto indictione decima quarta Heraclius ex Africa appulit cum navibus turritis in quarum malis arcu-

καθὰ καὶ ὁ Πισίδιος Γεώργιος λέγει, καὶ στρατὸν πολὺν ἀπὸ
Ἀφρικῆς καὶ Μαυριτανίας· ὁμοίως καὶ ὁ Νικήτας υἱὸς Γρη-
γορᾶ τοῦ πατρικίου ἀπὸ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Πεντάπολιν ἔχων
V. 199 μεθ' ἑαυτοῦ λαὸν πολὺν πεζικόν. ἦν δὲ Ἡράκλειος ὁρμα-
σάμενος Εὐδοκίαν τὴν θυγατέρα Ῥόγα τοῦ Ἄφρου, ἥτις τῷ
καιρῷ τούτῳ ἦν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅμα Ἐπιφανείᾳ τῇ
B μητρὶ Ἡρακλείου, καὶ τῇ τούτῳ μεμνηστευμένῃ Εὐδοκίᾳ *
ἐκράτησεν αὐτάς, καὶ ἐφύλαξεν εἰς τὸ δεσποτικὸν μοναστή-
ριον, τὸ λεγόμενον τῆς Νέας μετανοίας. καταλαβὼν δὲ Ἡρά-
κλειος τὴν Ἄβυδον εὗρεν Θεόδωρον τὸν κόμητα τῆς Ἀβύδου,
καὶ ἀνακρίνας ἔμαθε παρ' αὐτοῦ τὰ κινούμενα ἐν Κωνστα-
τινουπόλει. ὁ δὲ Φωκᾶς ἀπέστειλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Δο-
μεντζίολον τὸν μάγιστρον φυλάττειν τὰ Μακρὰ τείχη· μαθὼν
δὲ ὁ μάγιστρος, ὅτι κατέλαβεν Ἡράκλειος τὴν Ἄβυδον, ἔφυγε
καταλιπὼν τὰ τείχη, καὶ εἰσῆλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. ὁ
δὲ Ἡράκλειος ἐδέξατο ἐν Ἀβύδῳ πάντας, οὓς ἐξώρισε Φω-
C κᾶς· καὶ ἀνῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς Ἡράκλειαν. Στέφανος δὲ
ὁ τῆς Κυζίκου μητροπολίτης λαβὼν στέμμα ἐκ τῆς ἐκκλησίας
τῆς ἁγίας θεοτόκου Ἀρτάκης ἀπήγαγεν αὐτὸ τῷ Ἡρακλείῳ.
καταλαβὼν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν προσώρμησε τῷ λιμένι
τῆς Σοφίας· καὶ πολέμου κροτηθέντος νικᾷ χάριτι τοῦ Χριστοῦ

1. στρατὸς πολὺς b. 6. τῇ Goar. ἡ vulg. 7. nonnulla excidisse videntur, fort. ὁ δὲ Φωκᾶς. 15. τὰ τείχη] τὴν Ἄβυδον a.

lae et dei matris imagines appensae, prout Pisidius Georgius narrat, ingenti exercitu ex Africa et Mauritania advecto: et Nicetas patricii Gregorae filius cum maximis pariter pedestribus copiis ab urbe Alexandria et Pentapoli advenit. desponsa autem Heraclio fuerat Eudocia Rogati Afri filia, quae tum temporis una cum Epiphania Heraclii matre Cpoli morabatur. porro ubi Phocas matrem Heraclii, eiusque sponsam Eudociam Cpoli adesse rescivit, comprehensas in imperiali monasterio, quod Novae poenitentiae nuncupatur, diligentius asservandas inclusit. Heraclius Abydum appellens, Theodorum Abydi comitem conveniens, sciscitatus quae Cpoli gererentur, cuncta didicit. Phocas autem Domentiolum fratrem magistrum Longos muros custoditurum misit. ille vero magister Heraclium Abydum appulisse ubi rescivit, muris relictis fugit, et Cpolim se recepit. Abydi cunctos in exilium a Phoca relegatos adiunxit sibi Heraclius, et Heracleam illis comitibus profectus est. Stephanus autem Cyzicenus metropolita coronam ex ecclesia sanctae dei genitricis, cui Artaces nomen, depromptam ad Heraclium attulit. Heraclius Cpolim profectus ad Sophiae

Φωκᾶν τὸν τύραννον. οἱ δὲ δῆμοι τοῦτον παραλαβόντες, ἀνεῖλον, πυρὶ κατακαύσαντες ἐν τῷ Βοΐ. εἰσελθὼν δὲ Ἡράκλειος εἰς τὰ βασίλεια ἐστέφθη ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλατίῳ. ἐστέφθη δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ Εὐδοκία αὐγοῦστα. καὶ ἔλαβον ἀμφότεροι παρὰ Σεργίου τοῦ πατριάρχου τοὺς στεφάνους τοῦ γάμου· καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁμοῦ αὐτοκράτωρ καὶ νύμφιος ἀναδείκνυται. τῷ δὲ Μαΐῳ μηνὶ ἐστράτευσαν οἱ Πέρσαι κατὰ Συρίας, καὶ παρέλαβον τὴν Ἀπάμειαν, καὶ τὴν Ἔδεσσαν, καὶ ἦλθον ἕως Ἀντιοχείας. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι συναντήσαντες αὐτοῖς ἐπολέμησαν, καὶ ἡττήθησαν Ῥωμαῖοι· καὶ διωλέσθη πᾶς ὁ λαὸς τῶν Ῥωμαίων, ὥστε ὀλίγους λίαν ἐξειλῆσαι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ζ' ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ Ἐπιφάνεια θυγάτηρ Εὐδοκίας, καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ ιε' ἐβαπτίσθη ἐν Βλαχέρναις ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου.

exercitu universo, qua sibi procedendum via, consilium inivit. geminae namque obiiciebantur oculis angustae sane et difficiles: haec quidem Tarantum, alia in Syrorum regionem ducens. et quae Tarantum quidem, brevior, at ciborum omnium penuria laborabat; quae ferebat in Syriam, ubi Tauri montis culmina superasset, annonae copiam, generisque omnis victum largissime suppeditabat. hanc quamvis asperiorem et nivibus obsitam cuncti decernunt capessendam. eam itaque summo labore dierum septem spatio emensi, ad Tigrim fluvium devenere; quo demum traiecto Martyropolim, et inde Amidam devenere: ibi exercitus omnis et captivorum turba substitit. quin etiam inde litteras Byzantium mittendas et quae gessisset cuncta significanda imperator occasionem nactus decrevit: ex quo Byzantina civitas ingenti gaudio perfusa. barbarus autem dux collecto suo omni exercitu, impressionem in eum fecit. imperator selectos militum manipulos, qui montium angustias et vias ad se ducentes defenderent, misit. ipse per exitus, quibus in orientem itur, egressus barbaro in adversum

Νυμφίον ποταμὸν κατέλαβεν τὸν Εὐφράτην, ἐν οἷς τὴν πλεκτὴν γέφυραν ἐκ σχοινίων τε καὶ ἡνίων. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς τῆς γεφύρας τὰ σχοινία λύσας μιᾶς ὄχθης ἐπὶ τὴν ἑτέραν πᾶσαν τὴν γέφυραν μετήγαγεν. ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εὑρὼν περᾶσαι διὰ τῆς γεφύρας, παραδραμὼν εὗρε πόρον· καὶ ἀκινδύνως τοῦτον ἐπέρασεν παραδόξως τῷ Μαρτίῳ μηνί· καὶ καταλαμβάνει τὰ Σαμόσατα· καὶ πάλιν τὸν Ταῦρον ὑπερβάς, εἰς Γερμανίκειαν ἀφίκετο· καὶ περάσας τὴν Ἄδανα, ἦλθεν πρὸς τὸν Σάρον ποταμόν. ὁ δὲ Σάρβαρος πάλιν τὴν γέφυραν εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἐκτείνας, τὸν Εὐφρά-
B *την ἐπέρασεν ἀνεμποδίστως· καὶ ἠκολούθει ὄπισω αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας τὴν γέφυραν τοῦ Σάρου, καὶ εὑρὼν ἀνάπαυσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τῶν ἀλόγων, ἐν αὐτῷ ἀπλικεύσας διανέπαυσεν αὐτούς. καταλαμβάνει δὲ καὶ ὁ Σάρβαρος εἰς τὸ ἀντίπερα μέρος. εὑρὼν δὲ τὴν γέφυραν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ προπύργια ὑπὸ Ῥωμαίων κρατηθέντα, ἠπλίκευσεν. ἐκτρέχοντες δὲ διὰ τῆς γεφύρας πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἀτάκτως τοῖς Πέρσαις προσέβαλον· καὶ πολλὴν συγκοπὴν αὐτοῖς ἐποίησαν· ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους διεκώλυσεν ἀτάκτως ἐκθέειν, μήπως ὁδὸς γένηται τοῖς ἐναντίοις συνελθεῖν εἰς τὴν*

1. *Νυμφίον* A, *Νυμφίων* vulg. 2. *σχοινῶν* vulg. *ὁ δὲ Σάρβαρος* A a f. 6. *παραδόξως* add. ex A. 8. *Γερμανίκειαν* A f. 9. *Ἄδαναν* f. *τὸν Ταῦρον* ποτ. a. 10. *τόπον*] *ποταμὸν* A. 14. *καὶ* add. ex A. 17. *ἐκτρέχοντες* A, *ἐντρ.* vulg. 18. *προσέβαλον* A, *προσέβαλλον* vulg. *πολλὴν*] *πάλιν* A b f. 19. *διεκώλυσεν* A, *ἐκώλυσεν* vulg.

ibat, et Nymphio amne superato, ad Euphratem pervenit, ubi pons ex funibus et loris stratus fuerat. Sarbarazas autem pontis funibus solutis, ex una ripa ad alteram pontem omnem adduxit. adveniens imperator, nec quo fluvium superaret reperiens pontem, ripam decurrens eamque perscrutatus, vadum, quo transiret, invenit. absque periculo itaque mense Martio flumen traiicit, et Samosata contendit: Tauroque iterum superato, Germaniciam appulit, Adanamque transiens, Sarum flumen attigit. Sarbarus autem ponte proprium in locum restituto Euphratem nullo obiecto impedimento pertransiit, et imperatoris vestigia sequebatur. ipse imperator Sari pontem transgressus, cum exercitui equisque reparandis locum idoneum reperisset, in eo fixis castris quiescere iussit: oppositam fluminis partem Sarbarus occupavit. ponte vero et turribus ad eum propugnandum obiectis a Romano milite detineri visis, ibi castra applicuit. multi porro ex Romanis incomposito agmine per pontem in Persas incurrentes, magnam eorum stragem edidere. imperator contra, ne tumultuario et absque ordine procederent, vetabat, ne adversariis per pontem secum

γέφυραν, καὶ συμπερᾶσαι. ὁ δὲ λαὸς οὐκ ἐπείθετο τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ Σάρβαρος ποιήσας ἔγκρυμμα, καὶ δείξας ἑαυτὸν C
ὡς φεύγοντα, εἵλκυσεν πολλοὺς Ῥωμαίους παρὰ γνώμην τοῦ βασιλέως εἰς διώξιν αὐτοῦ περᾶσαι· ὑποστρέψας δὲ καὶ τού-
5τους τρεψάμενος, ὅσους ἔξω τῆς γεφύρας ἔφθασεν, ἀνεῖλεν δίκην ὑποσχόντας τῆς παρακοῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς ἑωρακὼς τοὺς βαρβάρους τῇ διώξει τὴν τάξιν λύσαντας, καὶ ἐκ τῶν ἐφεστώτων Ῥωμαίων τοῖς προπυργίοις ὑπ' αὐτῶν πολλοὺς V. 209
ἀναιρουμένους, κατ' αὐτῶν ἐχώρησεν. ἀνὴρ δέ τις γιγαντι-
10αῖος τῷ βασιλεῖ συναντήσας, μέσον τῆς γεφύρας προσέβαλεν. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον πατάξας, ἐν τῷ ῥείθρῳ τοῦ ποταμοῦ ἔρριψεν. τούτου δὲ πεσόντος, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν οἱ βάρβαροι, καὶ τῇ στενώσει τῆς γεφύρας οἱ βάρβαροι εἰς τὸν πο- D
ταμὸν ἑαυτοὺς ἔρριπτον· ἄλλοι δὲ καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνῃ-
15ροῦντο· τὸ δὲ πλῆθος τῶν βαρβάρων πρὸς τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ χυθέν, ἐτόξευον καὶ ἀνθίσταντο μὴ ἐῶντες τοὺς Ῥωμαίους περᾶσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας γενναίως τοῖς βαρβάροις ἀνθίστατο μετὰ ὀλίγων τινῶν τῆς αὐτοῦ ἑταιρίας ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὥστε τὸν Σάρβαρον ἐκπλαγῆναι,

2. ἔγκρυμμα A, ἐγκρύμματα vulg. 4. καὶ add. ex A. 7. τὴν add. ex A. 8. ὑπ' αὐτῶν om. A. 9. ἀναιρουμένους A, ἀναιρομένους vulg. 10. προσέβαλεν A, προέβαλεν b f, προσέβαλλεν vulg. 15. χείλη] τείχη A. 16. τοὺς Ῥωμαίους A, τοῖς Ῥωμαίοις vulg. 17. γενναίως A, γενναῖος vulg.

irrumpendi viam facerent, et in adversam ripam deducerent. imperatori exercitus minime obsequutus est. interea Sarbarus, positis in occulto insidiis, ipse simulata inter pugnandum fuga, Romanorum non paucos, etiam imperatore prohibente, ad se persequendum provocavit, et ex improviso conversus insectatos se in fugam egit, et quantos ultra pontem sibi obiectos attigit, universos contumaciae suae poenam passos e medio sustulit. attamen imperator cum barbaros, dum alios persequuntur, ordinem deserere, et eos qui pontis propugnacula et turres defendebant, a Persis occidi videret, adversus Persas irruit. tum vero quidam Gigantaeae staturae imperatori obviam factus, eum in medio ponte aggressus est: quem imperator gravi vulnere percussum in amnis fluentum deturbavit, eoque cadente reliqui fugere barbari, et prae pontis angustia se ipsos partim in flumen proiecere, alii gladiis caesi: cum interim reliquus exercitus barbarus ex fluminis sponda sagittas confertim mitterent, fortiterque obsisterent, ne Romani pontem transgrederentur. ast imperator velut strenuus et Marte plenus flumine traiecto validum pectus hostibus opposuit, et cum paucis ex sodalitio facinus vel supra vires humanas edidit, adeo ut ipse Sarbarus, admiratione perculsus, Cosmae cuidam, qui fidem foeda ad

καὶ Κοσμᾶν τινὰ πλησίον αὐτοῦ ἑστῶτα πρόσφυγα Ῥωμαίων
P. 263 μαγαρίτην εἰπεῖν· ὁρᾷς τὸν καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται, καὶ πρὸς τοσοῦτο πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται, καὶ ὡς ἄκμων τὰς βολὰς ἀποπτύει. ἐκ γὰρ τῶν ἀληθινῶν τζαγγίων ἐγνωρίζετο, καὶ πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο, εἰ καὶ οὐδεμίαν. ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ μαχησάμενοι, τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, ἀπ' ἀλλήλων διέστησαν· καὶ ὁ Σάρβαρος φοβηθεὶς διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὰ ὀπίσω ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπισυνάξας τὸν ἑαυτοῦ λαὸν εἰς τὴν Σεβαστείαν πόλιν ὥρμησεν, καὶ περάσας τὸν Ἅλυν ποταμὸν ἐν ταύτῃ τῇ
B χώρᾳ διέτριβεν ὅλον τὸν χειμῶνα. ὁ δὲ Χοσρόης μανεὶς καὶ ἀποστείλας ἔλαβεν ὅλα τὰ κειμήλια τῶν ἐν πάσαις ὑπὸ Πέρσαις ἐκκλησιῶν. καὶ ἠνάγκαζε τοὺς Χριστιανοὺς γενέσθαι εἰς τὴν τοῦ Νεστορίου θρησκείαν πρὸς τὸ πλῆξαι τὸν βασιλέα.

Ἀράβων ἀρχηγὸς Ἀμὲδ ἔτη ἐννέα.

A.M. 6117 Τούτῳ τῷ ἔτει Χοσρόης τῶν Περσῶν βασιλεὺς νέαν ἐποιήσατο στρατείαν, στρατεύσας ξένους τε καὶ πολίτας καὶ οἰκέτας, ἐκ παντὸς γένους ἐκλογὴν ποιησάμενος· καὶ ταύτην τὴν ἐκλογὴν τῷ Σάῃ παραδοὺς στρατηγῷ, ἄλλας τε ν' χιλιά-

4. ἄκμων A, ἄμμον vulg.: proverbium notum ex Aeschyl. Pers. 51. λόγχης ἄκμονες. 5. εἰ καὶ A, ἢ καὶ vulg. εἰ καὶ μηδεμίᾳ αὐτῷ καθίπτατο e. 10. ἐν αὐτῇ τῇ χ. A. 11. καὶ ante ἀποστ. add. ex A. 12. τῶν ἐν πᾶσι A, fort. πασῶν τῶν. 19. ποιούμενος A.

idola desertione conspurcaverat, et ad Persas relicto Romano exercitu defecerat, dixerit: vides caesarem, o Cosma, quanta audacia pugnam conserat, solusque adversus tantam multitudinem decertet, et velut incus tela sagittasque despuat? imperator siquidem ex veris et propriis eius ocreis dignosci poterat, et iam certe plurima, nullum tamen cum vitae discrimine, vulnera acceperat. porro pugna diutius protracta, sole iam ad occasum inclinato, exercitibus ab invicem sponte divisis dirempta est. et Sarbarus periculum metuens retro cessit. imperator collecto universo exercitu in urbem Sebasteam se recepit, traiectoque Aly fluvio in ea regione per totam hiemem substitit. Chosroës exinde furore percitus misit qui donaria supellectilemque omnem a cunctis per universam Persiam erectis ecclesiis auferrent; et ut imperatori aegre faceret, Christianos ad amplexandam Nestorii superstitionem adegit.

Arabum princeps Amed annis novem.

A. C. 617 Hoc anno Persarum rex Chosroës novo exercitui reparando advenas, cives et famulos, ex omni nimirum hominum genere adlectos aggregavit; ea vero selecta multitudine Sai duci tradita, alios quin-

δας ἐκ τῆς φάλαγγος τοῦ Σαρβάρου ἐπιλογὴν λαβών, τούτῳ C
συνῆψε, καὶ ὠνόμασε χρυσολόγχεις, καὶ τούτους ἀπέστειλε
κατὰ τοῦ βασιλέως. τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τῷ λοιπῷ αὐτοῦ
στρατῷ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἀπέστειλεν, ὅπως τοὺς ἐκ δύ-
σεως Οὔννους, οὓς Ἀβάρους καλοῦσιν, Ἀβάρεις τε καὶ Σκλά-
βους καὶ Γήπαιδας συμφωνήσας κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι καὶ
ταύτην πολιορκήσωσι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τὸν ἑαυτοῦ
στρατὸν εἰς τρεῖς διαιρέσεις ἐχώρισεν, καὶ τοὺς μὲν ἐξέπεμ-
ψεν εἰς τὸ φυλάξαι τὴν πόλιν, τοὺς δὲ παραδοὺς Θεοδώρῳ
τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ κατὰ τοῦ Σάην πολεμεῖν ἐκέλευσεν· τὸ δὲ
τρίτον μέρος αὐτὸς λαβὼν ἐπὶ Λαζικὴν ἐχώρει· καὶ ἐν ταύτῃ
διατρίβων τοὺς Τούρκους ἀπὸ τῆς ἑῴας, οὓς Χαζάρους ὀνο-
μάζουσιν, εἰς συμμαχίαν προσεκαλέσατο. ὁ δὲ Σάην ἅμα τῷ D
νεοσυλλέκτῳ λαῷ καταλαβὼν τὸν τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν Θεό-
δωρον πρὸς πόλεμον ὡπλίσατο. τοῦ δὲ θεοῦ διὰ τῶν πρε-
σβειῶν τῆς πανυμνήτου θεοτόκου συνεργήσαντος, καὶ πολέμου
κροτηθέντος, χάλαζα παραδόξως κατὰ τῶν βαρβάρων κατηνέ-
χθη, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐπάταξεν. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων πα-
ράταξις γαλήνης ἀπήλαυεν. τρέπουσι δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς
Πέρσας, καὶ ἀναιροῦσι πλῆθος πολύ. τοῦτο μαθὼν Χοσρόης V. 210
ὠργίζετο κατὰ τοῦ Σάην. ὁ δὲ Σάην ἐκ πολλῆς ἀθυμίας εἰς

2. χρυσοῦς λόγχεις A f. 12. ἐκ τῆς ἑ. A. Χαζάρεις A.
16. πανυμνήτου A f, πολυμνήτου vulg. 18. αὐτῶν add. ex A.
21. ῥαθυμίας a f.

quagies mille ex Sarbari phalange excerptos ex animi consilio milites auribastatos ab ipso dictos eisdem adiunxit, et adversus imperatorem misit: Sarbarum vero cum reliquo exercitu Cpolim versus misit, ut initis pactis cum Unnis (Abaros quidam vocant), Bulgaris, Sclavis et Gepedibus, una cum eo urbem impressione facta obsiderent. eo consilio cognito in tres acies exercitum universum imperator distribuit: et primam quidem ad urbis defensionem, aliam Theodoro proprio fratri traditam Saëm aggredi iussit, cum tertia secum educta ipse in Lazicam regionem secessit, ibique mora aliquandiu protracta, Turcos orientales, quos Chazaros vocant, ad belli societatem allexit. tum vero Saës cum novitio isto exercitu fratrem imperatoris Theodorum offendens, bello eum adoritur. consertis autem ad invicem manibus, deo laudatissimae dei genitricis precibus manifeste opitulante, grando vehemens ex inopinato in barbaros delata plures eorum vulneravit. interim Romana acies tranquilla aeris serenitate fruebatur. Persas igitur in fugam Romani vertunt, et ex eis copiosum numerum prosternunt. eo audito Chosroës ira vehementi in Saëm exarsit. Saës ipse prae moerore atque desperatione in languorem incidens misere

νόσον ἐμπεσὼν ἐτελεύτησεν. τούτου δὲ τὸ σῶμα κελεύει Χοσ-
ρόης ἅλατι ταριχευθὲν πρὸς αὐτὸν κομισθῆναι, καὶ τοῦτον
P. 264 νεκρὸν πολλαῖς αἰκίαις ἐπέβαλλεν. οἱ δὲ Χαζάρεις διαρρή-
ξαντες τὰς Κασπίας πύλας τῇ Περσίδι εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν
χώραν τοῦ Ἀδροηγὰν σὺν τῷ ἑαυτῶν στρατηγῷ Ζιεβήλ, δευ-
τέρῳ ὄντι τοῦ Χαγάνου τῇ ἀξίᾳ· καὶ ἐν οἷς ἂν τόποις διέ-
βαινον, τούς τε Πέρσας ᾐχμαλώτευον, καὶ τὰς πόλεις καὶ κώ-
μας τῷ πυρὶ παρεδίδουν. ἀπάρας δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ Λαζι-
κῆς, τούτοις συνήντησεν. ὁ δὲ Ζιεβὴλ τοῦτον ἰδὼν καὶ προ-
δρομών, κατασπάζεται αὐτοῦ τὸν τράχηλον, καὶ προσεκύνη-
σεν αὐτόν, δρώντων τῶν Περσῶν ἐκ τῆς πόλεως τοῦ Τιφι-
B λεως. πᾶς δὲ ὁ λαὸς τῶν Τούρκων εἰς γῆν πεσόντες πρηνεῖς
ὡς ἐκσταθέντες ἐπὶ στόμα τὸν βασιλέα ἐτίμων τιμὴν τὴν παρ'
ἔθνεσι ξένην. ὁμοίως καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπὶ πετρῶν ἀνα-
βάντες τῷ αὐτῷ σχήματι ἔπεσον. προσήνεγκεν δὲ ὁ Ζιεβὴλ καὶ
τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἀρχιγένειον τῷ βασιλεῖ, ἡδυνόμενος τοῖς τούτου
λόγοις, καὶ ἐκπληττόμενος τῇ τε θέᾳ καὶ τῇ φρονήσει αὐτοῦ.
ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ζιεβὴλ χιλιάδας μ' ἀνδρῶν γενναίων
ἔδωκεν τῷ βασιλεῖ πρὸς συμμαχίαν, καὶ αὐτὸς ὑπέστρεψεν
εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. τούτους δὲ λαβὼν ὁ βασιλεύς, κατὰ

1. ἐμπεσὼν ἐτ. A, ἔπεσεν καὶ ἐτ. vulg. τὸ add. ex A. 3. ὑπέβαλεν A. 4. τὰς add. ex A. 9. προδρομῶν A, προσδρ. vulg. 13. ἐκταθέντες om. ὡς A. 15. καὶ add. ex A. 17. τὴν τεθέαν καὶ φρόνησιν A.

interlit. cadaver eius sale multo conditum ad se advehi Chosroës iussit, et mortuum licet ac sensu privatum verberibus et iniuriis lacerari imperavit. porro Chazari Caspiis portis diruptis in Persidem irrumpunt, et Ziebelo duce, cui a Chagano secunda dignitas inerat, Adroëgam provinciam penetrant. quocumque vero progrederentur Persas abducebant captivos, et urbes pagosque igne devastabant. interea imperator a Lazica solvens, illis se adiungere et occurrere studuit. cum Ziebelus imperatorem conspexit, obviam progressus, eius collum exosculatus est, ipsumque adoravit, Persis ex urbe Tiphili spectatoribus. Turcorum autem exercitus omnis in terram procidens et in faciem pronus, quasi maiestatis horrore concepto, insolito honoris genere, gentilibus tamen solemni, imperatorem prosequutus est, ac pariter exercitus praefecti super saxa ascendentes eodem corporis habitu procubuerunt. ad haec Ziebelus imperatori, eius quippe verbis delectabatur, et eius prospectu ac prudentia plane stupefactus haerebat, filium suum, cui lanugo primum e malis tunc oriebatur, obtulit. selectos tandem viros strenuos ad quadraginta millia Ziebelus belli socios imperatori assignavit, et in propriam postmodum regio-

Χοσρόου ἐχώρει. ὁ δὲ Σάρβαρος τῇ Χαλκηδόνι προσβαλών, καὶ οἱ Ἄβαρεις ἐκ τῆς Θρᾴκης τῇ πόλει πλησιάσαντες, ταύ- C
την ἑλεῖν ἐβούλοντο, καὶ πολλὰς μηχανὰς κατ' αὐτῆς κινήσαντες, καὶ εἰς σκάφη γλυπτὰ ἐκ τοῦ Ἴστρου πλῆθος ἄπειρον καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ἐνέγκαντες, τὸν κόλπον τοῦ Κέρατος ἐπλήρωσαν. δέκα δὲ ἡμέρας τῇ πόλει παρακαθίσαντες διά τε γῆς καὶ θαλάσσης τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ συνεργείᾳ καὶ ταῖς πρεσβείαις τῆς ἀχράντου καὶ θεομήτορος παρθένου ἡττήθησαν· καὶ πλήθη πολλὰ ἀποβαλόντες ἔν τε γῇ καὶ θαλάττῃ, μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ Σάρβαρος τῇ Χαλκηδόνι παρακαθεζόμενος οὐ μετέστη, ἀλλ' αὐτόθι D
ἐχείμασεν, κουρσεύων καὶ πραιδεύων τὰ περατικὰ μέρη καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπὸ μηνὸς Σεπτεμβρίου εἰσβαλὼν ἐν Περ- A.M. 6118
σίδι Ἡράκλειος σὺν τοῖς Τούρκοις ἀπροσδοκήτως διὰ τὸν P. 265
χειμῶνα εἰς ἔκστασιν ἐνέβαλεν τὸν Χοσρόην τοῦτο μαθόντα. οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν χειμῶνα ὁρῶντες καὶ τὰς συνεχεῖς ἐπιδρομὰς τῶν Περσῶν, μὴ ὑποφέροντες συγκοπιᾷν τῷ βασιλεῖ, ἤρξαντο κατ' ὀλίγον ὑπορρέειν, καὶ πάντες ἀφέντες αὐτόν, ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησεν τῷ αὐτοῦ λαῷ, λέγων· γνῶτε,

1. προσλαβὼν f. 6. παρακαθίσαντες A, παρακαθήσαντες vulg. 12. ἐχείμασεν A, χειμάσας vulg. τὰ περσικὰ μέρη A. 14. εἰσβαλὼν A, εἰσβάλλων vulg. 15. διὰ τοῦ χειμῶνος A. 18. τῶν Π. A, τὸν Π. vulg.

nem secessit. imperator illis sibi adiunctis, adversus Chosroëm perrexit. interim Sarbarus Chalcedonem adoritur, Abares etiam e Thracia profecti ad urbem applicantes eam vi obtinere nitebantur: multis itaque machinis ad eam admotis, et copiarum multitudine innumera, ut quae numerum omnem vere superaret, per Istrum flumen scaphis uno trunco excavatis advecta, Cornu sinum omnem, quaqua late patet, oppleverunt. dies demum decem urbem obsidentes terra et mari, dei tandem virtute et ope, et immaculatae deique matris virginis precibus profligati sunt: multisque suorum copiis terra et mari amissis, cum magno rubore et dedecore domos repetierunt. Sarbarus autem obsidione ad Chalcedonem posita non destitit: quin immo mari piraticam, terra praedatoriam exercens partes trans fretum positas et earum urbes devastavit, et hibernam eisdem in locis egit tempestatem.

Hoc anno iam a mense Septembri Heraclius una cum Turcis in- A. C. 618
opinato propter imminentem hiemis rigorem in Persiam irrumpens, Chosroëm, ubi rescivit expeditionem, in animi anxietatem et stuporem coniecit. Turci vero incumbentem hiemem prospicientes, crebrarum a Persis excursionum impatientes, nec imperatori collaborare gnari, paulatim elabi vel se surripere ceperunt, ac tandem omnes societate

ἀδελφοί, ὅτι οὐδεὶς ἡμῖν συμμαχῆσαι θέλει, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ
V. 211 θεός, καὶ ἡ τοῦτον τεκοῦσα ἀσπόρως μήτηρ, ἵνα δείξῃ τὴν
ἑαυτοῦ δυναστείαν, καὶ καταπέμψῃ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. ὁ
δὲ Χοσρόης ἐπισυνάξας πάντα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, προ-
B βάλλεται στρατηγὸν ἐν αὐτοῖς Ῥαζάτην, ἄνδρα πολεμικώτα-
τον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ κατὰ Ἡρακλείου τοῦτον ἀπέστειλεν. ὁ
δὲ βασιλεὺς τάς τε πόλεις Περσίδος ἐπυρπόλει καὶ τὰς κώ-
μας, καὶ τοὺς καταλαμβανομένους Πέρσας ἀνήλισκεν ῥομ-
φαίᾳ. τῇ δὲ ἐννάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς ιε' ἰνδικτιῶ-
νος κατέλαβεν εἰς τὴν χώραν Χαμαηθᾶ· καὶ διανέπαυσεν
τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν. ὁ δὲ Ῥαζάτης ἐλθὼν εἰς τὸ Γαυ-
ζάκων, ἐγενήθη ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἠκολούθει τῶν Ῥωμαίων
δαπανώντων ἔμπροσθεν τὰς τροφάς. αὐτὸς δὲ ὀπίσω ὡς
κύων πεινῶν μόλις ἐκ τῶν ψιχίων αὐτῶν ἐτρέφετο· καὶ ἐκ
τοῦ μὴ εὑρίσκειν αὐτὸν δαπάνας πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ
C διεφθάρησαν. τῇ δὲ πρώτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς κατέλα-
βεν ὁ βασιλεὺς ποταμὸν μέγαν Ζαβᾶν λεγόμενον, καὶ τοῦτον
περάσας ἠπλήκευσεν πλησίον Νινευὶ τῆς πόλεως. κατέλαβεν
δὲ καὶ ὁ Ῥαζάτης εἰς τὸ πέραμα ἐπακολουθῶν αὐτῷ, καὶ κα-
τελθὼν ἀπὸ τριῶν μιλίων εὗρεν ἄλλο πέραμα καὶ ἐπέρασεν.

1. ἡμῖν add. ex A. 3. παταπέμπει A. 4. ἐπισυνάξας πάν-
τα τὰ A, ἐπιστρατεύσας τὰ vulg. 10. Χαμαηθᾶ a. 11.
Γαυζακὸν A, Γαυζακῶ a. 14. αὐτῶν A, αὐτοῦ vulg. 16.
μηνὸς add. ex A. 17. λεγόμενον om. A. 19. πέραμα A
a f, πέραν vulg.

belli deserta redierunt. imperator autem exercitui suo ad colloquium vocato: videte, fratres, ut nullus belli societatem init nobiscum, quam deus solus, et quae illum sine semine concepit mater, ut potentiam nimirum suam exerat, et auxilium nobis suum manifesto mittat. porro Chosroës compositis et eductis suis copiis, ducem eis praefecit Rhazatem virum bellicosissimum et strenuum, et in Heraclium misit. imperator vero Persidis urbes et vicos ferro et igne devastabat, Persasque in potestatem venientes cunctos romphaea delebat. nono vero mensis Octobris die, indictione decima quinta, in provinciam Chamaetham pervenit, et dierum septem quiete exercitum refecit. Rhazates autem Gauzacum profectus, pone sequebatur imperatorem, et Romanorum commeatum omnem per vias occupantium et consumentium vestigia a tergo legebat. ipse vero canis more pedissequus ac famelicus micis vix decidentibus annonam suffurabatur, equi etiam pabulis non inventis perierunt innumeri. prima deinde Decembris die imperator ad magnum fluvium, cui nomen Zabas, pervenit, eoque traiecto iuxta Ninivem civitatem castra applicuit. circa fluvium pariter Romanos insequutus Rhazates appulit, et ad millia tria iuxta fluvii

ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποστείλας Βαάνην τὸν στρατηλάτην μετὰ ἐπιλέκτων στρατιωτῶν ὀλίγων, εὗρεν βάνδον Περσῶν, καὶ φονεύσας αὐτοῦ τὸν κόμητα, ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ σπαθὶν ὁλόχρυσον· καὶ πολλοὺς φονεύσας, ἤνεγκεν ζῶντας κδ', ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ σπαθάριος τοῦ Ῥαζάτου· ὅστις καὶ D ἀνήγγειλεν τῷ βασιλεῖ, ὅτι πολεμῆσαι βούλεται αὐτὸν ὁ Ῥαζάτης, οὕτω κελευσθεὶς παρὰ Χοσρόου, καὶ τρισχιλίους ὡπλισμένους ἀπέστειλεν αὐτῷ. ἀλλ' ἀκμὴν οὐκ ἔφθασαν. ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ βασιλεὺς προαπέλυσε τὸ τοῦλδον ἔμπροσθεν· καὶ αὐτὸς ἐπηκολούθει σκεπτόμενος εὑρεῖν τόπον ἐν ᾧ ὤφειλεν πολεμῆσαι, πρὸ τοῦ ἑνωθῶσιν αὐτοῖς οἱ τρισχίλιοι. εὑρὼν δὲ πεδίον ἐπιδέξιον πρὸς πόλεμον, καὶ διαλαλήσας τῷ λαῷ παρετάξατο. ὁ δὲ Ῥαζάτης καταλαβὼν καὶ αὐτὸς παρετάξατο τρισὶ φούλκοις, καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως ἐχώρησεν. τῇ δὲ δωδεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ σαββάτου P. 26 ἐκροτήθη ὁ πόλεμος· καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι τῶν Περσῶν συνήντησεν· καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ τῇ βοηθείᾳ τῆς θεοτόκου τοῦτον κατέβαλεν· καὶ οἱ σὺν αὐτῷ προπηδήσαντες ἐτράπησαν· καὶ ὁ βασιλεὺς αὖθις ἄλλῳ συνάντησας, καὶ τοῦτον κατέβαλεν. προσέβαλεν δὲ αὐτῷ καὶ

2. *βάνδον Π.* A, *βάνδον τὸν Π.* vulg. 5. *καὶ* post *ὅστις* add. ex A. 13. *ὁ δὲ Ῥαζ. — — παρετάξατο* om. b. 15. *σαββάτῳ* A. 19. *ἐτράπησαν*] *ἐῤῥάπισαν* A. 20. *προσέβαλεν* A, *προέβαλεν* vulg.

cursum descendens, vadum invenit, et in ulteriorem ripam transiit. tum vero Baanes militiae magister cum selectis militibus paucis Persarum cohortem suo vexillo insignem offendit, et eius comite occiso, comitis eiusdem caput tulit, et ex auro solido ensem: multis praeterea deletis, vivos viginti sex abduxit, inter quos Rhazatis spatharius repertus, qui etiam imperatori renunciavit Rhazatem cum eo congredi velle, sic enim a Chosroe iussum affirmabat, et virorum tria millia ad eum missa, quae nondum tamen advenissent. his cognitis, imperator impedimenta praecedere iubet: ipse planitiem pugnae conserendae idoneam, priusquam ter mille viri nominati advenirent et reliquis adiungerentur, mente sollicita investigans sequebatur. campo ad pugnam apte reperto, exercitum ad allocutionem vocat, et ordines componit. Rhazates pariter cum eundem locum tenuisset, in tres cuneos totum exercitum distribuit et in imperatorem praeliaturus se confert. mensis itaque Decembris die duodecimo, qui sabbati fuit, certamen commissum, in quo imperator ante omnes prosiliens, Persarum ductorem offendit, eumque dei virtute et dei genitricis auxilio prostravit: unde qui prius etiam cum eo pugnam inierant in fugam versi sunt. imperator iterum in alium sibi occurrentem insilit, et hunc

τρίτος, ὃς καὶ ἔδωκεν αὐτῷ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος, καὶ τοῦτον ἔπληξεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τοῦτον ἀνεῖλεν· καὶ τῶν σαλπίγγων ἠχησασῶν συνέβαλον ἀλλήλοις ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ μάχης κρατησάσης σφόδρα, ἐπληγώθη ὑπὸ τῶν πεζῶν ὁ
B τοῦ βασιλέως ἵππος, λεγόμενος Φάλβας, ὁ καὶ Δόρκων, εἰς τὸν μηρὸν αὐτοῦ λαβὼν κονταρέαν· πολλὰς δὲ καὶ σπαθέας ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ ἔλαβεν· ἀλλὰ φορῶν κατάφρακτα νευρικά, οὐκ ἐβλάπτετο, οὐδὲ αὐταὶ ἐνήργουν. πίπτει δὲ ἐν τῷ πολέμῳ ὁ Ῥαζάτης, καὶ οἱ τρεῖς τουρμάρχαι τῶν Περσῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες σχεδὸν πάντες, καὶ τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ αὐ-
τῶν. ἐσφάγησαν δὲ καὶ Ῥωμαῖοι πεντήκοντα, καὶ ἐπληγώθησαν ἱκανοί, ἀλλ' οὐκ ἀπέθανον, εἰ μὴ δέκα· ἐκρατήθη δὲ ὁ πόλεμος ἀπὸ πρωΐ ἕως ὥρας ἑνδεκάτης. ἀπῆραν δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τῶν Περσῶν βάνδα κη' χωρὶς τῶν κλασθέντων, καὶ
V. 212 συλεύσαντες τοὺς νεκρούς, ἔλαβον τὰ λωρίκια αὐτῶν καὶ τὰς
C κασσίδας καὶ πάντα τὰ ἅρματα· καὶ ἔμειναν ἀπ' ἀλλήλων ἀπὸ δύο σαγιττοβολῶν. τροπὴ γὰρ οὐ γέγονεν. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων λαοὶ τῇ νυκτὶ ἐπότισαν καὶ ἐτάγισαν τὰ ἄλογα

4. κρατησάσης σφόδρα A e f, κροτηθείσης σφοδρᾶς vulg. 5. τοῦ add. ex A. ἵππος Φάλβας, ὁ λεγόμενος Δορκῶν A a f. 7. κατάφρακτα νευρικὰ A a f, καταφρακταρικὰ vulg. 8. οὐδὲ αὐταὶ A b, οὐδὲν αὐταὶ f, οὐδὲ αὐτοῦ a, οὐδὲ αὐτοὶ vulg. πίπτει δὲ A, πίπτει οὖν vulg. 10. τὸ πλεῖον A, τὸ πλεῖστον vulg. 11. καὶ Ῥωμ. A, καὶ οἱ Ῥωμ. vulg. 12. εἰ μὴ ἄλλοι δέκα A. 13. ἀπῆραν A, ἐπῆραν vulg. 15. τὰ λωρ. αὐτῶν καὶ τὰς κασσίδας A, τὰ λ. κ. τὰς κασίδας αὐτῶν vulg. 17. σαγιττῶν A b f. 18. καὶ ἐτάγισαν om. A a f.

peritur expugnat et morti tradit. tertius tandem eum aggreditur, qui hasta eum ad labrum ferit, et vulnus infligit: eum tamen imperator ut et reliquos edomitum necat. tubis itaque concinentibus pars utraque manus conseruit, et cruento certamine excitato, imperatoris equus, cui Phalbas vel Dorcon cognomentum, accepto hastae ictu in femore a peditibus vulneratus est: sed tutamine ex nervis facto circumvallatus, inflictis etiam ad caput crebrioribus ensium plagis, nullatenus laesus est, neque eae ipsae damnum intulerunt. cadit igitur bello Rhazates, et una Persicorum agminum ductores tres, et praecipua capita exercitus, qui ipse totus pene deletus est. Romanorum ad quinquaginta deleti, plurimi vulnerati, quorum nonnisi decem obierunt. praelium ab aurora ad horam usque undecimam commissum. Persarum vexilla viginti octo, praeter ea quae feruntur fracta et contrita, Romani sustulerunt, et interfectis subinde spoliatis, loricas, cassides et armorum genus quodvis sibi sumpserunt: uterque vero exercitus duobus tantum sagittarum ictibus a se invicem substitit: prostrata namque, non ut

αὐτῶν. οἱ δὲ καβαλλάριοι Πέρσαι ἵσταντο ἕως ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἐπάνω τῶν σκηνωμάτων τῶν τεθνεώτων Περσῶν· καὶ τῇ ὀγδόῃ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς κινήσαντες ὑπέστρεψαν εἰς τὸ φοσσάτον αὐτῶν, καὶ τοῦτο λαβόντες ἀπῆλθον, καὶ ἠπλίκευσαν εἰς πρόποδα ὄρους τραχεινοῦ πεφοβημένοι. πολλὰ δὲ σπαθία ὁλόχρυσα καὶ ζῶνας διαχρύσους καὶ μαργαρίτας καὶ τὸ σκουτάριν τοῦ Ῥαζάτου ὁλόχρυσον D ἔλαβον ἔχον πέτυλα ρκ΄, καὶ τὸ λωρίκιον αὐτοῦ ὁλόχρυσον ἔλαβον, καὶ τὸ σκαραμάγγιν αὐτοῦ ἤνεγκαν σὺν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ καὶ τὰ βραχιόλια αὐτοῦ, καὶ τὴν σέλλαν αὐτοῦ ὁλόχρυσον· ἐκρατήθη δὲ ζῶν Βαρσαμοίσης ὁ ἄρχων τῶν Ἰβήρων τῶν ὑπὸ Πέρσας καὶ Ῥωμαίους γεγονότων. οὐχ ὅτι ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ ἔσχεν στάμα ὁ πόλεμος. ἐνίκησαν οὖν οἱ Ῥωμαῖοι· ἀλλὰ τοῦτο γέγονεν μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ. ὁ δὲ βασιλεὺς θαρσοποιήσας τὸν στρατόν, κατὰ Χοσρόου ἤλαυνεν, ὅπως τοῦτον ἐκφοβήσῃ, καὶ ἀποστείλας προσκαλέσηται τὸν Σάρβαρον ἐκ τοῦ Βυζαντίου τῆς Χαλκηδόνος. τῇ δὲ εἰκοστῇ πρώτῃ Δεκεμβρίου μηνὸς ἔμαθεν ὁ βασιλεύς, ὅτι ὁ λαὸς τοῦ Ῥαζάτου ὁ ἐκ τοῦ πολέμου ἐξαλύσας ἠκώθη τοῖς ὑπὸ Χοσρόου P. 267

1. αὐτῶν καὶ παρέβαλον A. 2. τῆς add. ex A. 3. κινήσαντες add. ex A. 10. τὴν σέλλαν — ὁλόχρυσον A, ἡ σέλλα — ὁλόχρυσος vulg. 11. Βαρσαμούσης A. 12. ὑπὸ Πέρσας καὶ Ῥωμαίους A a f, ὑπὸ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων vulg. γεγονότων om. A a f. 13. οὖν om. A. 14. βοηθείᾳ] συνεργείᾳ b f. 15. θάρσος ποιήσας f. 16. ἐκφοβήσῃ A, φοβήσῃ vulg. 19. ὁ ἐκ τοῦ π. A, ἐκ τοῦ π. vulg. ἐξαλύσας A, ἐξελήσας vulg.

fugam acta, Persarum pars fuit. Romanus porro exercitus alimenta, potumque equis illa nocte subministravit, Persae autem equites, ad eiusdem noctis horam septimam penes interfectorum cadavera stantes, octava tandem ad castra et impedimenta redierunt: quibus secum sublatis, secessu dilapsi, ad asperi salebrosique montis radices trementes ac perterriti applicuerunt. enses subinde plurimos, zonas auro distinctas, lapides pretiosos, clipeum Rhazatis ex auro solido laminis centum et viginti obductum, thoracem quoque auro conflatum, et Scaramangium, et una caput extulerunt. brachialia eius et equilis sella auri purissimo metallo fabrefacta in victorum potestatem venit. ad haec Barsamoeses, Iberorum, qui Persis Romanisque subsunt, princeps, vivus captus. ipso toto die nusquam substitit aut cessavit conflictus. superiores quidem Romani evaserunt, a deo tamen solo suppetiae datae, et victoria concessa. porro imperator animis militum rursus confirmatis, iter Chosroëm versus direxit, ut metu ipsi incusso, Sarbarum e Byzantio Chalcedonensi suo mandato revocaret. die vero Decembris primo supra vicesimum Rhazatem belli

ἀποσταλεῖσι τρισχιλίοις, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω αὐτοῦ. καὶ καταλαβὼν τὴν Νινευί, καὶ περάσας ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν ποταμὸν Ζαβᾶν πρὸ τοῦ γνῶναι τὸν Χοσρόην. ἐλάσας δὲ Γεώργιος μιλια μὴ διὰ τῆς νυκτὸς ἐκράτησεν τὰς τέσσαρας γεφύρας τοῦ μικροῦ Ζαβᾶ· καὶ εὑρὼν ἐν τοῖς καστελλίοις Πέρσας, τούτους ἐζώγρησεν. τῇ δὲ κγ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς φθάσας ὁ βασιλεὺς εἰς τὰς γεφύρας ἐπέρασεν, καὶ ἠπλίκευσεν εἰς τοὺς οἴκους τοῦ Ἰεσδέμ· καὶ ἀνέπαυσε τόν τε στρατὸν καὶ τὰ ἄλογα, καὶ ἐποίησε τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. γνοὺς δὲ ὁ Χοσρόης ὅτι ἐκράτησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὰς γεφύρας τοῦ μικροῦ Ζαβᾶ, ἀπέστειλεν πρὸς τὸν Περσικὸν λαὸν τὸν μετὰ τοῦ Ῥαζάτου, ἵνα πολὺ σπουδάσωσι καὶ προλάβωσι τὸν βασιλέα, καὶ ἀπέλθωσι πρὸς αὐτόν. σπεύσαντες δὲ αὐτοὶ καὶ περάσαντες τὸν μικρὸν Ζαβᾶν ἐν ἄλλοις τόποις προεποίησαν τὸν βασιλέα, καὶ ἔμπροσθεν ἐπορεύοντο. καταλαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἕτερον παλάτιον τοῦ Χοσρόου, τὸ ἐπιλεγόμενον Ῥουσᾶ, καὶ τοῦτο κατέστρεψεν. ὑφωρᾶτο δὲ ὅτι ἐν τῇ γεφύρᾳ τοῦ Τορνᾶ ποταμοῦ οἱ ἐχθροὶ πολεμεῖν αὐτὸν μέλλουσιν. ἀλλὰ τοῦτο ἰδόντες, καταλιπόντες τὴν γέφυραν ἔφυγον. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας ἀκωλύτως κα-

1. ἀποσταλεῖσι A, σταλεῖσι vulg. 2. ποταμὸν om. A f. 4. διὰ τῆς νυκτὸς add. ex A. 5. κελλίοις A. 12. κατὰ τοῦ Ῥ. b e. 15. προσεποίησαν A. 17. καὶ τοῦτο A, τοῦτο vulg.

periculo elapsum, tribus hominum millibus a Chosroë se adiunxisse, et eum e vestigio sequi imperator intellexit: quare Ninivem occupat, et prius magnum fluvium Zabam traiicit, quam Chosroës de eius consiliis percipiat quicquam. Georgius, emensis per noctem unicam passuum millibus quadraginta octo, quatuor minoris Zabae pontes occupavit, repertosque per varia propugnacula Persas cunctos custodiae militari mancipavit. igitur Decembris die vigesimo tertio imperator ad pontes adveniens aquam traiecit, et ad Iesdem domos castra fixit, exercitui a labore dedit inducias, equos itinere defatigatos reficere permisit, et in eodem demum loco Christi natalitiorum celebravit solemnitatem. Chosroës minoris Zabae pontes a Romanis occupatos ubi intellexit, ad Persicum exercitum, qui Rhazate duce merebatur, ut quam citissimo cursu contenderent, et imperatoris trans fluviam itinere praepedito cum eo congrederentur, scribit. illi festino pede lati minorem Zabam traiecerunt, et per alia deinceps loca imperatorem praevertentes, eum in metationibus habendis praecedebant. imperator ad aliud Chosrois palatium, cui nomen Rusa, digressus, illud funditus evertit. ne vero ad Tornae fluminis pontem eum invaderent hostes, verebatur: verum eo praesente conspecto, relicto mox ponte, in fugam se dedere. imperator nullo obsistente flumen trans-

τέλαβεν εἰς ἕτερον παλάτιον, τὸ ἐπιλεγόμενον Βεκλαλί. ἐν ταύτῃ καὶ ἱπποδρόμιον ἔκτισεν, καὶ τοῦτο κατέστρεψεν. τινὲς δὲ τῶν Ἀρμενίων τῶν συνόντων τοῖς Πέρσαις ἦλθον πρὸς τὸν βασιλέα, λέγοντες, ὅτι Χοσρόης μετὰ τῶν ἐλεφάντων καὶ τοῦ ἰδίου στρατοῦ ἀπὸ πέντε μιλίων, ἔνθεν τοῦ παλατίου τοῦ ἐπιλεγομένου Δασταγέρδ, εἰς τόπον ἐπιλεγόμενον Βαρασρώθ, ἀπλικευμένος ἐστίν, καὶ ὅτι ἐδήλωσεν τὸν στρατὸν ἐκεῖ σωρευθῆναι, ἵνα πολεμήσωσί σε. ἔστι γὰρ ἐκεῖ καὶ ποταμὸς δύσβατος, στενὴν γέφυραν ἔχων καὶ στενώματα πολλὰ ἀπὸ οἰκημάτων, καὶ ῥύακες σαπροί. ὁ δὲ βασιλεὺς βουλευσάμενος μετὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τοῦ στρατοῦ ἐκάθισεν ἐν τῷ παλατίῳ Βεκλαλί. εὗρεν γὰρ ἐν αὐτῷ ἐν ἑνὶ περιβόλῳ στρουθεῶνας τρεῖς σιτευτούς, καὶ ἐν ἄλλῳ περὶ πεντακοσίας δορκάδας σιτευτάς, καὶ ἐν ἄλλῳ ὀνάγρους ἑκατὸν σιτευτούς· καὶ πάντα ἐδωρήσατο τῷ λαῷ. καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Ἰανουαρίου ἐποίησαν ἐκεῖσε· εὗρον γὰρ καὶ πρόβατα καὶ χοίρους καὶ βόας, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός. καὶ ἀνεπαύσατο πᾶς ὁ λαὸς ἀπολαύοντες καὶ δοξάζοντες τὸν θεόν. πιάσαντες δὲ τοὺς νέμοντας ταῦτα, ἔγνωσαν παρ' αὐτῶν ἀκριβῶς, ὡς Χοσρόης ἀπὸ κγ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς μαθών, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐπέρασεν

V. 215

D

P. 268

1. τὸ add. ex A. Βεκλαλὶ A a, Βεκλὰλ e f, Βεγλαλὶ vulg. 2. ἱπποδρόμιον A, ἱπποδρομίαν vulg. 3. τῶν ante συνόντων add. ex A. 6. Ταχερδὶ A, Ταμέρδ f. 7. ὅτι add. ex A. 11. καὶ τοῦ στρατοῦ add. ex A. 13. τρεῖς add. ex A. 14. ὀνάγρους A, συάγρους vulg. 19. ταῦτα A, τούτους vulg.

gressus, aliud palatium, Beglali dicebant, reperit. In eo circum extruxit, et ad solum deiecit. Armeniorum autem Persis cohabitantium nonnulli imperatorem adeuntes, Chosroëm cum elephantis et proprio exercitu ad passuum quinque millia, ubi palatium Dastagerd vocatum, vulgus locum dicit Barasroth, castra metatum denunciaverunt: illuc eius copiae confluunt omnes, ut te quantocius opprimant. illic quippe fluvius profundus et transitu difficilis stricto ponte superandus, aedificatorum aggerum ruinis angustum per loca habens alveum, et inaequales et incertos plerumque rivos ducens praeterfluit. imperator consultis exercitus optimatibus in palatio Beclal consedit. in uno siquidem eius septo structiones saginatas, et altiles pariter, capras silvestres, ad quingentas in alio, in tertio demum onagros etiam altiles centum reperit, quae cuncta in exercitum sparsit. primam itaque Ianuarii diem ibi castra morata sunt: oves etenim, porcos et boves non facile numerandos invenerunt, quibus fruens exercitus habitis deo gratiis istic quievit. captis autem gregum istorum pastoribus, Chosroëm iam a mensis Decembris die vigesimo tertio, ubi imperatorem Tornae amnis pontem praetergressum agnovit, a palatio ad Dastagerd

τὴν γέφυραν τοῦ Τορνᾶ, παραχρῆμα ἐκίνησεν ἀπὸ τοῦ παλατίου τοῦ ἐν Δασταγέρδ. αὐτὸς δὲ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀπῆλθεν εἰς ἄλλο παλάτιον τὸ ἐπιλεγόμενον Βεβδάρχ. καὶ τοῦτο καταστρέψαντες, καὶ πυρὶ παραδόντες ηὐχαρίστουν τῷ θεῷ τῷ διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς θεοτόκου τοιαῦτα θαυμάσια ποιήσαντι. τίς γὰρ ἤλπιζε Χοσρόην φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῶν ἐν Δασταγὲρδ παλατίων καὶ εἰς Κτησιφῶντα ἀπελθεῖν, ὅπου ἀπὸ εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν οὐκ ἠνέσχετο ἰδεῖν Κτησιφῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν Δασταγὲρδ ἦν τὰ βασίλεια
B αὐτοῦ; εὗρον δὲ οἱ λαοὶ τῶν Ῥωμαίων αὐτοῦ ἐν τῷ παλατίῳ Δασταγὲρδ τριακόσια βάνδα Ῥωμαίων, ἅπερ ἐν διαφόροις χρόνοις ἔλαβον· εὗρον δὲ καὶ εἴδη ἀπομείναντα, ἀλόην πολλὴν καὶ ξύλα μεγάλα ἀλόης ἀπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ λιτρῶν, καὶ μέταξαν πολλὴν, καὶ πίπερ, καὶ καρβάσια καμίσια πολλὰ ὑπὲρ τὸ μέτρον, ζάχαρ τε καὶ ζιγγίβερ, καὶ ἄλλα εἴδη πολλά. τινὲς δὲ καὶ ἄσημον, καὶ ὁλοσήρικα ἱμάτια, νακοτάπητά τε καὶ ταπήτια ἀπὸ βελόνης καὶ πλῆθος πολὺ καὶ καλὰ πάνυ, ἅπερ διὰ τὸ βάρος πάντα κατέκαυσαν· καὶ τοὺς παπυλεῶνας τοῦ Χοσρόου, καὶ τοὺς ἐμβόλους, οὓς ἔστενεν ὅτε ἐν κάμπῳ ἠπλίκευ-

1. ἐκ τοῦ A. 2. ἀπῆλθεν A, ἐπῆλθεν vulg. 3. Βεβάρχ A. 5. τῶν add. ex A. 6. τοῦ add. ex A. 10. εὗρον A, εὑρόντες vulg. αὐτοῦ add. ex A. 13. μεγάλα A, μεγάλης vulg. 13. καὶ ὀγδοήκοντα A f. 14. καὶ ante πίπερ add. ex A. 16. ναχοτάπητα A, ναχόπητα vulg. ταπήτια A f, τάπια vulg. 19. ἔστεννεν A f, ἐστρώννυεν vulg.

sito movisse, didicerunt. ipse imperator ad palatium Bebdarch nomine pervenit, eoque everso et igne devastato, deo per dei genitricis preces talia miracula operanti gratias milites referebant. quis namque Chosroëm ab imperatoris conspectu fugiturum, et relictis palatiis ad Dastagerd extructis, Ctesiphontem se recepturum sperasset, qui a quatuor et viginti annis Ctesiphontem videre dedignatus in Dastagerd regiis moram trahere consueverat? porro in palatio Dastagerd trecenta signa sive vexilla variis bellis sibi erepta Romanus exercitus offendit. reperit etiam divitiarum et aromatum species insolitas eo loci derelictas, plurimam nimirum aloën, magnae aloës ligna decem et octo librarum pondo, et immensam sericorum filorum copiam, piper, carbasinas camisias supra numerum omnem, zaccharum et zingiber, et aromatum plures species, argentum quoque infectum, holosericas vestes, lectisternia, et acu pictos tapetes, et aliorum huiusmodi congeriem immensam eamque praestantissimam, quam propter pondus, cum secum non valerent distrahere, flammis cunctam absumpserunt. ad Chosrois tentoria et cortinas porticuum in morem, quas, castris per agros fixis, erigebat, statuasque eius plurimas cremaverunt. invenit

σεν, πάντα κατέκαυσαν, καὶ στήλας αὐτοῦ πολλάς· εὗρεν δὲ ἐν τούτοις τοῖς παλατίοις στρουθεῶνας καὶ δορκάδας καὶ C
ὀνάγρους καὶ ταῶνας καὶ φασιανοὺς πλῆθος ἄπειρον· καὶ εἰς τὸ κυνήγιον αὐτοῦ λέοντας καὶ τίγρεις παμμεγέθεις ζῶν-
5 τας. προσέφυγον δὲ τῷ βασιλεῖ πολλοὶ ἐκ τῶν αἰχμαλώτων Ἐδεσσηνοὶ καὶ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ ἐξ ἄλλων πόλεων πλῆθος πολύ. ἐποίησεν δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώ-των ἐν Δασταγέρδ, εὐφραίνων καὶ ἀνακτώμενος τόν τε λαὸν καὶ τὰ ἄλογα, καὶ καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου
10 παλάτια κτίσματα ὑπέρτιμα ὄντα καὶ θαυμαστὰ καὶ κατα-πληκτικά, ἅπερ ἕως ἐδάφους καθεῖλεν· ἵνα μάθῃ Χοσρόης οἷον πόνον εἶχον Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων ἐρημωμένων παρ' αὐ- D
τοῦ καὶ πυρπολημένων. ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐκ τῶν διαιτα-ρίων τοῦ παλατίου πολλοί. ἐρωτώμενοι δὲ καὶ αὐτοί· πότε
15 ἀνεχώρησεν ἐκ τοῦ Δασταγέρδ; ἔφασκον· ὅτι πρὸ ἐννέα ἡμερῶν τοῦ καταλαβεῖν ὑμᾶς, ἀκούσας τὴν παρουσίαν ὑμῶν, κρυπτῶς ἐτρύπησεν τὸ τεῖχος τῆς πόλεως τὸ πλησίον τοῦ πα-λατίου· καὶ οὕτως παρακρατητὰ διὰ τῶν κήπων ἐξῆλθεν αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διὰ τὸ μὴ γενέσθαι
20 θόρυβον ἐν τῇ πόλει. καὶ οὔτε τὰ στρατεύματα αὐτὸν ἔγνω-σαν, οὔτε οἱ ἄρχοντες, ἕως ἀπῆλθεν πέντε μίλια· καὶ τότε

1. κατέκαυσαν A, ἔκαυσαν vulg. 2. τοῖς add. ex A. 3. ὀνάγρους A a, συάγρους vulg. 6. πόλεων A, πολλῶν f, ἐθνῶν vulg. 10. κτήματα A f. 12. ἐρημουμένων — πυρπο-λουμένων A. αὐτοὶ ποτὲ vulg. 17. τὸ πλησίον A, πλη-σίον vulg. 18. παραχρατητὰ A a, παραχρατεῖ τὰ f, παρ' ἀχρατητὰ vulg.

in palatiis istis structiones, dorcadas, onagros, pavones, et phasianos ad numerum plane non explicandum, et venatus exercendi gratia leones, et tigrides insolitae magnitudinis vivos. confugerunt etiam ad imperatorem multi captivi Edesseni, Alexandrini, aliorumque oppidorum ingens multitudo. porro Heraclius festo luminum in Dastagerd celebrato, exercitum omnem recreavit, et militum equos refecit, diruitque Chosrois palatia, aedificia sane sumptuosa, admiratione digna, et stupendae prorsus structurae, cuncta solo tenus adaequavit, ut quam desolatis, et ferro flammisque devastatis Romanorum urbibus tristitam incolis ingessisset, Chosroës coniectaretur. sed et plerique eius diaetarii capti, qui et ipsi quandonam Dastagerd Chosroës se-cessisset, interrogati: ante novem dies, responderunt, percepta prius itineris vestri fama, quam ipsi appelleretis, civitatis muro, haud ita regia seposito, latenter perforato, in hunc modum per hortos una cum uxore et liberis, ne tumultus in civitate oriretur, se subduxit. sed neque illius exercitus, donec passuum millibus quinque abfuit, ne-

P. 269 ἐδήλωσεν, ἵνα ἐπακολουθήσωσιν αὐτῷ ἐπὶ Κτησιφῶντα· καὶ
V. 214 ὁ μὴ δυνάμενος πέντε μίλια ποιῆσαι τὴν ἡμέραν, φεύγων ἐποίησεν κέ. καὶ αἱ γυναῖκες καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ τὰ μὴ θεωροῦντα ἀλλήλους, τότε φύρδην ἔφυγον ἀλλήλους παρωθούμενοι. τῆς δὲ νυκτὸς καταλαβούσης εἰσῆλθεν Χοσρόης εἰς οἶκον γεωργοῦ μηδαμινοῦ μεῖναι, μόλις χωρηθεὶς ἐν τῇ τούτου θύρᾳ, ἣν ἰδὼν ἔσχατον Ἡράκλειος, ἐθαύμασεν. διὰ δὲ τριῶν ἡμερῶν κατέλαβεν Κτησιφῶντα· καὶ ὁ χρησμοδοτηθεὶς ὑπὸ τῶν γοήτων καὶ ἀστρολόγων πρὸ κδ' ἐτῶν; ὅτε τὸ Δαρᾶς ἐπολιόρκησεν ἐπὶ τῶν χρόνων Φωκᾶ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, ὅτι ἐν οἵῳ καιρῷ ἀπέλθοι ἐν Κτησιφῶντι, ἀπολεῖ-
B ται· καὶ μὴ ἀνασχόμενος ἀπὸ τοῦ Δασταγὲρδ ἐπὶ τὸ μέρος ἐκεῖνο μίλιον ἓν πορευθῆναι, τότε φεύγων ἐν ταύτῃ ἀπῆλθεν, καὶ οὐδὲ ἐν ταύτῃ ἐθάρρησεν στῆναι, ἀλλὰ περάσας τὴν ποντογέφυραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ εἰς τὴν ἐκεῖθεν πόλιν, τὴν λεγομένην Σελεύκειαν παρ' ἡμῖν, παρὰ δὲ Πέρσαις Γουεδεσήρ, πάντα τὰ χρήματα ἐν ταύτῃ ἀπέθετο, καὶ ἐκάθισεν ἐκεῖ μετὰ Σειρὲμ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ μετὰ τριῶν ἑτέρων γυναικῶν, τῶν καὶ θυγατέρων αὐτοῦ· τὰς δὲ λοιπὰς αὐτοῦ

3. αὐτοῦ add. ex A. 7. διὰ δὲ A, διά τε vulg. 8. χρησμοθετηθεὶς a. 9. καὶ ante ἀστρ. add. ex A. 11. ἀπέλθειεν, Κτησιφῶν A, ἀπέλθῃ, ὁ Κτησιφῶν f. 15. τοῦ add. ex A. 17. ταύτῃ A, αὐτῇ vulg. ἀνέθετο A e. 18. Σειρὲμ A a f, Σιρὲμ vulg. 19. τῶν καὶ θυγ. A, καὶ τῶν θυγ. vulg.

que optimates ipsi, eius adverterunt exitum: tunc enim, ut se Ctesiphontem profectum sequerentur, edixit. tunc qui millium quinque iter uno die conficere non valebat, fugiens ad viginti quinque spatium emensus est (mulieres vero et liberi, qui se prius nusquam conspexerant, tum mixtim seque invicem obtrudentes in fugam agebantur. ingruente autem nocte ad domum vilis cuiusdam agricolae divertit, cuius ianua vix ipsum capere potuit: quam cum postea vidisset Heraclius, satis miratus est) et trium dierum spatio Ctesiphontem attigit. is igitur Chosroës, qui ante viginti quatuor annos, cum sub Phoca imperatore Daras expugnaret, a praestigiatoribus astrologis vaticinium audierat, se, quo tempore Ctesiphontem secederet, perditum iri: quique ob id nec unicum quidem milliare a Dastagerd Ctesiphontem versus progredi ausus fuerat, tum demum fuga arrepta in eam urbem se recepit, nec in ea tamen subsistere confidit, sed traiecto Tigridis amnis ponte, in urbem longius positam contendit, quae quidem Seleucia a nobis, a Persis Guedeser appellatur: repositisque in ea omnibus opibus suis, illic demum consedit cum Sirem, uxore sua, et tribus aliis pellicibus, quae et ipsae filiae eius erant: reliquas vero

γυναῖκας καὶ τὰ πολλὰ αὐτοῦ τέκνα παρέπεμψεν ἀπὸ μ' μιλίων εἰς τὸ ἀνατολικώτερον μέρος εἰς τόπον ὀχυρόν. τινὲς δὲ Περσῶν διέβαλλον τὸν Σάρβαρον πρὸς Χοσρόην, ὡς τὰ τῶν Ῥωμαίων φρονοῦντα, καὶ καταλαλοῦντα αὐτοῦ· καὶ C ἀποστέλλει σπαθάριον αὐτοῦ μετὰ κελεύσεως αὐτοῦ πρὸς Καρδαρίγαν τὸν συστράτηγον Σαρβαραζᾶ εἰς Χαλκηδόνα γράψας αὐτῷ, ἵνα τὸν Σαρβαραζᾶν ἀποκτείνῃ, καὶ οὕτως τὸν λαὸν τῶν Περσῶν ἀναλαβὼν σπεύσῃ ἐπὶ Περσίδα εἰς συμμαχίαν αὐτοῦ. ὁ δὲ τὰ γράμματα κομίζων περὶ τὴν Γαλατίαν συλλαμβάνεται παρὰ τῶν Ῥωμαίων. οἱ δὲ συλλαβόντες αὐτὸν διαλαθόντες τοὺς Πέρσας εἰς τὸ Βυζάντιον τοῦτον ἀπήγαγον, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως τοῦτον παρέδωκαν. ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν παρὰ τοῦ ἀποστολιμαίου τὴν ἀλήθειαν Σαρβαραζᾶν παραχρῆμα μεταπέμπεται. ἐλθὼν οὖν παρέστη τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν πρὸς τὸν Καρδαρίγαν ἐπιστολὴν τούτῳ ἐπιδούς, καὶ τὸν ἀποσταλέντα ὑπέδειξεν, καὶ ἀνέγνω D τὴν ἐπιστολήν, καὶ πληροφορηθεὶς τὸ ἀληθές, παραχρῆμα ἐτράπη, καὶ συνθήκας μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου ποιεῖ. καὶ φαλσώσας τὴν τοῦ Χοσρόου ἐπιστολὴν σὺν αὐτῷ ἐντίθησιν ἐν αὐτῇ ἄλλους τεσσαράκοντα σατράπας καὶ ἄρχοντας καὶ χιλιάρχας καὶ ἑκατοτάρχας ἀπο-

1. ἀπὸ μ' μιλίων add. ex A a f. 3. τὸν Σαράβαρον A a f. 4. αὐτοῦ A, αὐτὸν vulg. 5. αὐτοῦ ante μετὰ add. ex A. 6. τὸν add. ex A. 8. σπεύσῃ ἐπὶ Περσίδα A, σπεύσηται vulg. 14. ἐλθὼν οὖν] εἰσελθόντι οὖν αὐτῷ A. 19. φαλκεύσας A, φαλεύσας a f. τὴν add. ex A. 20. τεσσαράκοντα A, υ' vulg. 21. ἀποκτανθῆναι A, ἐπικτ. vulg.

uxores atque liberos quam plurimos quadraginta passuum millibus procul orientem versus in locum munitissimum transmisit. porro Sarbarum, quasi Romanorum partibus propensum, et Chosrois famae detrahentem, apud ipsum Persarum nonnulli criminati sunt. quare missis per spatharium ad Cardaregam Sarbarazae collegam ad Chalcedonem expugnandam castra metatum iussis, ut e medio tollat Sarbarazam, ac mox educto exercitu ad suppetias sibi ferendas advolet, significat. is autem, qui litteras ferebat, a Romanis circa Galatiam insciis Persis comprehenditur, et Cpoli imperatoris filio coram sistitur. imperator veritate a misso ex ordine cognita, Sarbarazam ad se confestim vocat. veniens ille coram imperatore stetit. imperator tradita illi, quae ad Cardaregam epistola, missum palam ostendit: legit ille epistolam, et de re circa se gerenda certior factus, vertit animum, et cum imperatoris filio et patriarcha pactum init. adulteratis deinde Chosrois litteris, sibi occidi iusso quadraginta alios adiunxit

κτανθῆναι, καὶ ἐπιθεὶς εὐφυῶς τὴν σφραγῖδα, συναθροίζει τοὺς ἡγεμόνας, καὶ αὐτὸν τὸν Καρδαρίγαν, καὶ ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν ἔφη πρὸς τὸν Καρδαρίγαν· συνορᾷς τοῦτο ποιεῖν; οἱ δὲ ἄρχοντες θυμοῦ πλησθέντες, τὸν Χοσρόην ἀπεκήρυττον, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα συνθήκας εἰρηνικὰς ἐποίησαν, καὶ
P. 270 κοινῇ βουλευσάμενοι ἔδοξεν, ἵνα ἐκ Χαλκηδόνος ἀναχωρήσωσι, καὶ ἐπὶ τὰ ἴδια ἀπέλθωσι μηδὲν λυμαινόμενοι. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἔγραψεν τῷ Χοσρόῃ· ἐγὼ διώκω, καὶ πρὸς εἰρήνην τρέχω. οὐ γὰρ ἑκὼν πυρπολῶ τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθεὶς ὑπὸ σοῦ. ῥίψωμεν οὖν καὶ νῦν τὰ ὅπλα, καὶ εἰρήνην ἀσπασώμεθα· σβέσωμεν τὸ πῦρ, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέξῃ. τούτου δὲ μὴ καταδεξαμένου, μεγάλως τὸ μῖσος τοῦ λαοῦ τῆς Περσίδος ηὐξήθη κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐστράτευσεν Χοσρόης πάντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν ὑπουργίαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν γυναικῶν αὐτοῦ, καὶ τούτους
V. 215 ὁπλίσας πάντας ἀπέλυσεν ἐνωθῆναι τῷ στρατῷ τοῦ Ῥαζατᾶ, καὶ στῆναι εἰς τὸν Ἄρβᾶ ποταμὸν ἀπὸ ιβ' μιλίων Κτησι-
B φῶντος· καὶ ἐκέλευσεν αὐτούς, ἵνα ὅταν περάσῃ τὸν ποταμὸν ὁ βασιλεύς, κόψωσι τὴν γέφυραν [καὶ τὴν ποντογέφυ-

1. εὐφυῆ A, εὐφυεῖ f. 4. θυμοῦ A, θυμῷ vulg. τὸν add. ex A. 7. μηδὲν λυμ. add. ex A e f. 10. καὶ νῦν add. ex A. 13. κατ' αὐτοῦ A, κατὰ Χοσρόου vulg. ἐκράτευσεν vulg. 18. ὅταν| ἡνίκα A. 19. ὁ βασιλεὺς add. ex A. καὶ τὴν ποντ. om. A f.

satrapas, optimates, tribunos et centuriones quasi certissimae morti devotos, sigilloque belle adaptato, duces et ipsum Cardaregam convocat, lectaque in omnium auditu epistola, compellans Cardaregam: istuc, inquit, facturum te polliceris? optimates itaque iam ira exaestuantes, Chosroëm regia dignitate excidisse publicant, compositisque cum imperatore pacis foederibus, communi omnium consilio decretum, Chalcedone abscederent, et in patriam reverterentur. scripsit autem Heraclius Chosroi: insequor te, et ad ineundam pacem contendo, non enim lubens Persidem devasto, verum a te coactus. armis proiectis, pacem amplexemur, et incendium extinguamus, priusquam tota moles conflagret. respuit Chosroës pacis conditiones, ex quo in eum Persici totius populi odium incensum. novo subinde exercitui conflando studium adhibet: quare optimatum suorum domesticos, vilemque etiam ministrorum suorum et pellicum gregem armis instruit, et ut Rhazatis exercitui se adiungerent, imperat; locum etiam, quo conveniant, ad Arbam videlicet fluvium lapide duodecimo Ctesiphonte dissitum praefigit, simulque iubet, ut flumine ab eis traiecto, pontem e lapide vel ligno quemlibet solvant et disrumpant. imperator autem mensis Ianuarii die septimo e Dastagerd gressu moto, et trium

ραν]. ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς κινήσας ἐκ τοῦ Δασταγέρδ, καὶ περιπατήσας τρεῖς ἡμέρας, ἠπλίκευσεν ἀπὸ ιβ΄ μιλίων τοῦ Ἄρβᾶ ποταμοῦ, ὅπου ἦν τὸ φοσσάτον τῶν Περσῶν, ἐν οἷς εἶχον καὶ διακοσίους ἐλέφαντας· καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Γεώργιον τὸν τουρμάρχην τῶν Ἀρμενιακῶν, ἵνα ἀπέλθῃ μέχρι τοῦ ποταμοῦ, καὶ καταμάθῃ, εἰ ἔχει πέραμα ὁ Ἄρβᾶς. καὶ εὑρών, ὅτι ἔκοψαν τὰς γεφύρας, καὶ οὐκ ἔχει πέραμα ὁ Ἄρβᾶς, ὑπέστρεψεν πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ἀποκινήσας ὁ βασιλεύς, ἦλθεν πρὸς τὸν Σιάζουρον. καὶ περιήρχετο πυρπολῶν τὰς χώρας καὶ τὰς πόλεις ὅλον τὸν Φεβρουάριον μῆνα. τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνὶ ἐλθὼν εἰς χωρίον λεγόμενον Βαρζᾶν, ἐποίησεν ἑπτὰ ἡμέρας. καὶ ἀπέστειλεν Μεζέζιον τὸν στρατηγὸν εἰς κοῦρσον· καὶ προσερρύη αὐτῷ Γουνδαβούνας, ὅς τις χιλίαρχος ἦν τῆς στρατείας Σαρβάρου μετὰ ἄλλων πέντε, τριῶν μὲν κομήτων, δύο δὲ ἀξιωματικῶν· καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς πρὸς τὸν βασιλέα. ὅς τις Γουνδαβούνας ἀναγκαῖα πράγματα τῷ βασιλεῖ ἀπήγγειλε, λέγων· ὅτι ὅταν ἔφυγεν ὁ Χοσρόης ἀπὸ Δασταγέρδ, καὶ ἀπῆλθεν ἐν Κτησιφῶντι καὶ Σελευκείᾳ, ἠσθενήσεσεν δυσεντερίᾳ, καὶ ἠθέλησεν τὸν υἱὸν Μερδασᾶν τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς Σειρὲμ στέψαι· καὶ ὅτι ἀντεπέρασεν τὸν ποταμὸν πάλιν, καὶ ἤνεγκεν

3. φοσσάτον A, φωσάτον vulg. 4. εἶχον A, εἶχεν vulg. 9. πρὸς τὸν A, εἰς τὸν vulg. 10. πυρπολῶν add. ex A. 18. ὅταν add. ex A. 20. τὸν υἱὸν A, τὸν ἴδιον vulg., om. f.

dierum itinere confecto, ad duodecimum ab amne Arba milliarium, quo loci Persarum confluxerat exercitus, in quo elephanti ducenti, castra applicuit. inde Armenicorum agminum ductorem Georgium, qui fluvium Arbam experiatur, et num vadi commoditatem offerat, exploret, secreto summittit. is ubi pontes intercisos et ruptos, nullumque in Arba flumine vadum reperit, ad imperatorem revertitur. motis inde castris Siazurum imperator divertit, provincias et urbes toto mense Februario circumire contentus. mense vero Martio ad oppidum, cognomento Barzam, deflectens, dierum septem moram in eo figit. mox Mezezium ducem ad praedam e vicinis agris agendam mittit. ibi Gundabunam, qui in Sarbari exercitu tribuni munus obtinuerat, cum viae sociis quinque, comitibus quidem tribus, aliisque praecipua dignitate insignitis duobus offendit, quos omnes ad imperatorem duxit. is Gundabunas, res omnino necessarias ad imperatorem retulit: e Dastagerd, inquit, Chosroës fugitivus erupit, et Ctesiphontem, mox inde Seleuciam petiit. aeger viscerum morbo filium Merdasam e Sirem uxore susceptum regia corona redimire meditatus, fluvium retro traiecit, et Merdasam filium, Sirem uxorem, Saliarumque

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Μερδασᾶν καὶ τὴν Σειρέμ, καὶ τὸν ἄλλον αὐτῆς Σαλιαρούν· τὸν δὲ πρωτότοκον αὐτοῦ υἱὸν Σιρόην καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς γυναῖκας αὐτοῦ εἴασεν πέραν τοῦ ποταμοῦ. καὶ γνοὺς Σιρόης, ὅτι τὸν Μερδασᾶν θέλει στέψαι, ἐταράχθη· καὶ ἔπεμψεν τὸν συγγάλακτον αὐτοῦ πρὸς Γουνδαβούναν, δηλώσας αὐτῷ, ὅτι· ἐλθὲ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἵνα συντύχω σοι. ὁ δὲ Γουνδαβούνας ἐφοβήθη διὰ τὸν Χοσρόην περᾶσαι· καὶ δηλοῖ αὐτῷ, ὅτι· γράψον μοι διὰ
P. 271 τοῦ συγγαλάκτου σου, εἴ τι θέλεις. καὶ ἔγραψεν αὐτῷ Σιρόης, ὅτι· γινώσκεις, πῶς ἡ πολιτεία τῶν Περσῶν ἀπώλετο ἐκ τοῦ κακοῦ ἀνθρώπου Χοσρόου, καὶ θέλει στέψαι τὸν Μερδασᾶν, καὶ ἐμὲ τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ υἱὸν περιεφρόνησε· καὶ ἐὰν λαλήσῃς τῷ στρατῷ, ἵνα δέξωνταί με, καὶ τὰς ῥόγας αὐτῶν ἐπαυξῆσαι ἔχω, καὶ εἰρήνην ποιῶ μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων· καὶ καλῶς ἔχομεν ζῆσαι. καὶ σπούδασον μετὰ τοῦ λαοῦ σου, ἵνα ἐγὼ βασιλεύσω· καὶ πάντας ὑμᾶς προβιβάσαι ἔχω καὶ συγκροτῆσαι, καὶ κατεξαίρετον σέ. καὶ ὅτι
B ἐδήλωσα αὐτῷ διὰ τοῦ συγγαλάκτου αὐτοῦ, ὅτι, εἴ τι δύναμαι, λαλῆσαι ἔχω τὸν στρατὸν καὶ μοχθῆσαι. καὶ ὅτι ἐλάλησα εἴκοσι δύο κόμητας, καὶ ἐποίησα αὐτοὺς τῆς γνώμης μου,

2. αὐτῆς] αὐτοῦ f. 3. εἴασεν A, ἐάσας vulg. 8. αὐτῷ A f, αὐτὸν vulg. 9. εἴ τι] ὅτι f. 10. πῶς add. ex A e. 13. τῷ σιραιῷ A, τὸν στρατὸν vulg. 16. προβιβάσαι A, ἀναβ. vulg. 17. fort. κατ' ἐξαίρετον.

alium ex ea natum, primogenito Siroë, et eius fratribus, nec non aliis coniugibus trans flumen relictis, secum tulit. porro Siroës, ubi de fratre in regem coronando patris consilium comperit, animo commotus, collactaneum suum ad Gundabusam misit, scripsitque in hanc sententiam. veni trans fluvium, et te alloquar. Gundabusas Chosrois metu transire detrectavit. solum significat: scribe per collactaneum tuum, si quid a me exposcis. rescripsit Siroës: Persarum rem publicam nefarii istius hominis Chosrois opera periisse novisti: nunc Merdasam regni corona insignire, me primogenitum omnino contemptui habendum velle, certo scias. exercitum alloquutus, regem me suscipiat, si volueris, efficies. ego, si regnum adipiscar, militum stipendia confestim augebo, et cum Romanorum imperatore mihi pacis foedus erit, et prospere cuncta succedent. ut igitur regnum nanciscar, exercitus opera effice: et ut vos teque velut inter reliquos praecipuum honoribus et opibus augeam, et penes me retineam, nusquam deero. haec ille. ego vero collactanei eiusdem voce usus, retuli: quod potestas suggerit, ut exercitum in colloquio sollicitem, et tui gratia laborem, polliceor. iam comites duos ac viginti alloquutus, ac

Hoc anno dei iudicio ita ordinante, et offensarum nostrarum mul-

Κωνσταντῖνος ἐβασίλευσεν θείοις κρίμασι καὶ πλήθει πταισμάτων ἡμῶν. τῷ οὖν Ἰουνίῳ μηνί, εἰκόστῃ ἑβδόμῃ τῆς ἐπέκεινα δεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἐξελθὼν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Ὀψικίου κατὰ τῶν Ἀράβων, ἦλθεν ἐν τῇ λεγομένῃ Κρασῷ. τοῦ δὲ Ἀρταβάσδου ἐν τῷ Δορυλαίῳ μετὰ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ὄντος, ὑπεβλέποντο ἀλλήλοις. ἀποστείλας δὲ Κωνσταντῖνος πρὸς αὐτόν, ᾐτεῖτο τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ πεμφθῆναι αὐτῷ, ὡς,
D *ἅτε ἀνεψιοὺς αὐτοῦ, ποθῶν ἰδεῖν αὐτούς. σκοπὸς δὲ ἦν αὐτῷ κατασχεῖν αὐτοὺς καὶ φρουρῆσαι. ὁ δὲ τὸν δόλον νοήσας καὶ ἀπογνοὺς ἑαυτοῦ γιγνώσκων τε τὴν ἄμετρον πονηρίαν αὐτοῦ, διαλαλήσας τε τῷ λαῷ καὶ πείσας, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ σὺν παντὶ τῷ πλήθει, καὶ τὸν μὲν πατρίκιον Βησὴρ τὸν σαρακηνόφρονα προϋπαντήσαντα ῥωμφαίᾳ ἀνεῖλεν· ὁ δὲ Κωνσταντῖνος παρίππιν εὑρὼν ἑστρωμένον καὶ ἐπιβὰς αὐτοῦ, ἔφυγεν εἰς τὸ Ἀμώριον, καὶ προσδραμὼν τῷ θέματι τῶν*
P. 348 *ἀνατολικῶν στρατηγουμένῳ τότε ὑπὸ τοῦ Λογγίνου περισώζεται ὑπ' αὐτῶν, δεξιοῦταί τε τούτους μεγάλαις ὑποσχέσεσιν καὶ πρὸς Σισιννάκιον ἀποστέλλει εὐθὺς στρατηγὸν ὄντα τὸ τηνικαῦτα τοῦ θέματος τῶν Θρᾳκησίων, καὶ πείθει αὐτοὺς συμμαχῆσαι αὐτῷ. ἐντεῦθεν οὖν μάχαι δεινόταται καὶ ἀν-*

9. τὸν add. ex A. 13. ῥομφ. A. 14. εἰς αὐτὸ A e, ἐπ' αὐτὸ f. 16. Λαγκίνου A. 18. τὸ τηνικ. A, τοῦ την. vulg. 19. τοῦ add. ex A.

titudine poenas provocante, patriorum institutorum persecutor Constantinus imperium accepit. mensis itaque Iunii die vicesimo septimo ad insequentem indictionem decimam pertinente, adversus Arabes circa Opsicii regionem expeditione suscepta, ad urbem, quae Crasus dicitur, venit. cum vero Artabasdus Opsicii militum manu comitatus Dorylaei versaretur, mutuam de se sibi invicem suspicionem ingerebant. Constantinus autem missis ad Artabasdum litteris, filios eius, ceu nepotes ex sorore, et quasi videndi eos avidus, ad se transmitti postulavit. id autem eius animo inerat consilium, ut pueros retineret et servaret sub custodia. ille dolum subodoratus, et de rebus suis desperans, ceu inexplicabilem eius nequitiam expertus, exercitum alloquitur, et ad res novandas inducit, ac mox cum copiis omnibus adversus eum suscipit profectionem, primoque belli impetu Beser Saracenica doctrina infectum sibi obviam factum ferro obtruncavit. Constantinus autem veredarium sella instructum ac forte repertum conscendit, et in Amorium se fuga surripit, tum vero ad orientalium thema, cui tunc Longinus praeerat, se recipiens, de salute securitatem accipit, ac vicissim magnis pollicitationibus eos demeretur. inde continuo ad Sisinnacium, eiusdem Thracensium thematis ducem, mittit, qui secum eos militare suaderet. hinc imperii in se ipsum armati saevissimae

ὁπλισμοὶ γίγνονται τοῖς ὑπηκόοις, ἑκατέρων βασιλέων ἀναγορευομένων. Ἀρτάβασδος δὲ γράφει πρὸς Θεοφάνην τὸν πατρίκιον καὶ μάγιστρον ἐκ προσώπου ὄντα ἐν τῇ πόλει διὰ Θαλασσίου σιλεντιαρίου τὰ πραχθέντα. ὁ δὲ προσκείμενος V. 277
Ἀρταβάσδῳ, σωρεύσας τὸν λαὸν ἐν τοῖς κατηχουμένοις τῆς μεγά- B
λης ἐκκλησίας, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων καὶ τοῦ λεχθέντος Θαλασσίου πείθει πάντας, ὡς ὁ βασιλεὺς τέθνηκεν, Ἀρτάβασδος δὲ ὑπὸ τῶν θεμάτων ἀνηγορεύθη βασιλεύς. τότε πᾶς ὁ λαὸς σὺν Ἀναστασίῳ τῷ ψευδωνύμῳ πατριάρχῃ ἀναθέματι καὶ ἀνασκαφῇ ἔβαλλον αὐτόν, ὡς ἀλάστορα καὶ ἄθεον, καὶ ἀστείως τὴν αὐτοῦ ἐδέξαντο σφαγήν, ὡς μεγίστου κακοῦ λυτρωθέντες, Ἀρτάβασδον δὲ ἀνεκήρυττον βασιλέα, ὡς ὀρθόδοξον καὶ θείων δογμάτων ὑπέρμαχον. εὐθέως οὖν ἀποστέλλει ὁ Μονούτης ἐν τοῖς Θρᾳκώοις μέρεσι πρὸς Νικηφόρον τὸν ἴδιον υἱὸν στρα- C
τηγοῦντα τῆς Θρᾴκης τοῦ συνελάσαι τὸ ἐκεῖσε στρατόπεδον πρὸς φυλακὴν τῆς πόλεως. κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος, τοὺς φίλους τε Κωνσταντίνου χειρωσάμενος, τύψας καὶ κουρεύσας, εἰς φυλακὰς ἀπέθετο. τοῦ δὲ Ἀρταβάσδου μετὰ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ἐν τῇ πόλει εἰσελθόντος, κατέλαβεν καὶ Κωνσταντῖνος ἐν τῇ Χρυσοπόλει μετὰ τῶν δύο

1. ἑκατέρων A, τῶν ἑκ. vulg. 2. τὸν add. ex A. 6. δι' Ἀθανασίου A f. 9. τῷ add. ex A. 10. ἀντίθεον A. 11. τὴν add. ex A, item paulo post δὲ.

pugnae civiumque ad invicem conflictus, imperatoribus duobus renunciatis et ex aequo de potestate contendentibus. interim Artabasdus Theophani patricio et magistro, qui imperatoris vices in urbe gerebat, omnia quae gesta fuerant, per Thalassium silentiarium denunciat. is Artabasdo bene affectus, ad magnae ecclesiae catechumena populo collecto tum litteris tum praedicti Thalassii testimonio, imperatorem fato functum et Artabasdum a thematibus imperatorem salutatum suadet. confestim populus universus Anastasio falsi nominis patriarcha duce diris et maledictis, ceu naturae monstrum et a deo alienum, Constantinum insequitur, caedem eius quasi ingenti malo liberati gratanter excipit, et Artabasdum, velut orthodoxum et sacrorum dogmatum defensorem, imperatorem proclamat. his ita gestis Monutes Nicephorum filium Thraciae ducem, ut eius provinciae exercitum ad urbem custodiendam adduceret, misit, tum moenium portis subinde firmiter obseratis, dispositisque ad ea vigiliis, mox Constantini amicos comprehendens verberibus et capillorum detonsione castigatos in carceres detrusit. Artabasdo vero cum Opsicii copiis urbem iam ingresso, Constantinus thematibus duobus, Thracensium, dico, et orientalium, stipatus Chrysopolim advenit cumque nil

θεμάτων, Θρᾳκησίων τε, φημί, καὶ ἀνατολικῶν, καὶ μηδὲν ἰσχύσας ὑπέστρεψεν, καὶ ἐχείμασεν εἰς τὸ Ἀμώριον. ὁ δὲ Ἀρτάβασδος κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν τὰς ἱερὰς εἰκόνας ἀνεστήλωσεν. οἱ δὲ Ἄραβες αἰσθόμενοι τὴν τούτων κατ' ἀλλήλων
D μάχην, πολλὴν αἰχμαλωσίαν ἐποιήσαντο εἰς Ῥωμανίαν, τοῦ Σουλεϊμὰν στρατηγοῦντος αὐτοῖς. Ἀναστάσιος δὲ ὁ ψευδώνυμος πατριάρχης κρατήσας τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα ὤμοσε τῷ λαῷ, ὅτι μὰ τὸν προσηλωθέντα ἐν αὐτοῖς, οὕτως μοι εἶπεν Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεύς, ὅτι μὴ λογίσῃ υἱὸν θεοῦ εἶναι ὃν ἔτεκεν ἡ Μαρία, τὸν λεγόμενον Χριστόν, εἰ μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον. ἡ γὰρ Μαρία αὐτὸν ἔτεκεν, ὡς ἔτεκεν ἐμὲ ἡ μήτηρ μου ἡ Μαρία. καὶ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ λαοὶ ἀνέσκαψαν αὐτόν.

A.M. 6234 Ἀντιοχείας ἐπισκόπου Στεφάνου ἔτος α'.

P. 349 Τούτῳ τῷ ἔτει τέθνηκεν Ἰσὰμ ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγός. οὗτος τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ μ' χρόνους χηρεύουσαν, κωλυόντων τῶν Ἀράβων γενέσθαι πατριάρ-
B χην ἐν αὐτῇ, ἔχων τινὰ προσφιλῆ μονάζοντα Σύρον, ὀνόματι Στέφανον, ἀγροικότερον μέν, εὐλαβῆ δέ, τοὺς κατὰ τὴν ἑῴαν Χριστιανούς, εἴπερ θέλοιεν συγχωρηθῆναι αὐτοῖς πατριάρχην *, ψηφίσασθαι αὐτὸν Στέφανον. οἱ δὲ θεόθεν τοῦτο νομίσαν-

4. κατάλληλον A. 19. τὴν add. ex A. 21. αὐτὸν Στ. — — — γενέσθαι om. e f.

proficeret, retro cedere coactus, ad Amorium hiberna duxit. interim Artabasdus sacras imagines per singulas civitates erexit. occasione vero duorum principum de rerum summa ad invicem contendentium, Arabes, Sulimane duce, infinitam captivorum praedam e Romanorum terris abduxerunt. caeterum Anastasius falso nomine patriarcha, veneranda ac vivifica crucis ligna manibus tenens, interposito iusiurando coram plebe disseruit: per eum, qui lignis istis suffixus est, ita mihi dixit imperator, ne dei filium, quem genuit Maria, quique Christus dicitur, uspiam reputaveris, quam simplicem ac nudum hominem. eum etenim in lucem Maria protulit, in eum modum, quo me mater mea Maria genuit. his auditis populus universus eum imperio abdicatum pronunciavit.

A.C. 734 Antiochiae episcopi Stephani annus primus.

Hoc anno Isam Arabum dux mortuus est. is sanctam Antiochiae ecclesiam pastore iam annos 40 viduatam, Arabibus nimirum patriarcham eligi prohibentibus, in priorem statum reposuit. quempiam etenim monastici instituti Syrum, nomine Stephanum, sibi familiarem, rusticum quidem, at pietate clarum, Christianis in oriente positis, si modo hunc admitterent, patriarcham eligendi liberam fecit potestatem. illi divinitus hoc fieri arbitrati, ipsum Stephanum in Antiochen-

τες γενέσθαι χειροτονοῦσιν αὐτὸν ἐν τῷ θρόνῳ Θεουπόλεως. κἀκεῖθεν ἕως τοῦ νῦν διέδραμεν τὸ ἀκώλυτον.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεκράτησεν Οὐαλὶδ υἱὸς Ἰσὰμ τῆς Ἀράβων ἀρχῆς· πρὸς ὃν Κωνσταντῖνος Ἀνδρέαν σπαθάριον, Ἀρτάβασδος δὲ Γρηγόριον λογοθέτην ἐξέπεμψαν, τὰ πρὸς συμμαχίαν ζητοῦντες ἀμφότεροι· ἀβροχίας δὲ πολλῆς γενο- C μένης καὶ σεισμοῦ κατὰ τόπους, ὡς ἐνωθῆναι ὄρη πρὸς ἄλ- ληλα κατὰ τὴν ἔρημον Σαβᾶ, καὶ κώμας ὑπὸ γῆν καταπτω- V. 278 θῆναι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κοσμᾶς ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ὠρθοδόξησε σὺν τῇ πόλει αὐτοῦ ἐκ τῆς τῶν μονοθελητῶν κακοδοξίας, κρατησάσης ἀπὸ Κύρου τοῦ ἐπὶ Ἡρακλείου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. ἐπεστράτευσε δὲ Γάμερ τὴν Ῥωμανίαν μετὰ πλήθους Ἀράβων, καὶ πολλοὺς αἰχμαλωτεύσας, ὑπέστρεψεν. ἐφάνη δὲ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ κατὰ βορρᾶν μηνὶ Ἰουνίῳ. Οὐαλὶδ δὲ Πέτρον τὸν ἁγιώτατον μητροπολίτην Δα- μασκοῦ γλωττοτομηθῆναι ἐκέλευσε, ὡς ἀναφανδὸν ἐλέγχοντα D τὴν τῶν Ἀράβων καὶ Μανιχαίων δυσσέβειαν. ἐξώρισεν δὲ αὐτὸν κατὰ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν, ἔνθα καὶ τελειοῦται μαρτυρήσας ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ τρανῶς ἐκφωνήσας τὴν θείαν λειτουργίαν, ὡς οἱ διηγησάμενοί φασιν ἰδίαις ἀκοαῖς τοῦτο

2. τοῦ om. A. 8. καταποθῆναι A. 10. αὐτοῦ A e f, αὐτῇ vulg. 12. Ἄμερ A. 14. ἐν τῷ οὐρανῷ add. ex A. 20. τοῦτο add. ex A.

sium Theupoleos sede episcopum collocant, atque ita ad hodiernum usque diem eligendo patriarchae nullum impedimentum a Saracenis affertur.

Hoc anno Valid filius Isam Arabum principatu potitus est, ad quem Constantinus Andream spatharium, Artabasdus vero Gregorium logothetam, ambo suppetias sibi dari postulantes, miserunt. diuturna vero imbris penuria et terrae motus varia loca adeo concusserunt, ut in deserto Saba montium cacumina ad invicem collidérentur, et pagi terra absorberentur. eodem etiam anno Cosmas Alexandriae patriarcha cum ipsa civitate, monotheletarum pravitate a Cyri, qui sub Heraclio vixit, temporibus eam civitatem obtinente, abiurata, et errore cognito ad orthodoxam ecclesiam rediit. porro Gamer Saracenorum copiis comitatus in Romaniam impressionem fecit, et collecta ingenti captivorum praeda, in patriam remeavit. mense Iunio signum ad septentrionalem caeli partem apparuit. porro Valid Petro sanctissimo Damasci metropolitae, ceu Arabum et Manichaeorum impietatem palam arguenti, linguam praescindi iussit, et in felicem Arabiam exulem deportari. ibi pro Christo martyrium passus, distinctisque apertae loquelae verbis sacrum celebrans, ut qui retulerunt proprio auditu se percepisse confirmant, morte consummatur. eius aemulus et eiusdem

πεπληροφορεῖσθαι. τούτου ζηλωτὴς καὶ ὁμώνυμος Πέτρος, ὁ κατὰ τὸν Μαϊουμᾶν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀνεδείχθη χρόνοις, μάρτυς ὑπὲρ Χριστοῦ αὐτομόλως. νόσῳ γὰρ συσχεθείς, προσκαλέσατο τοὺς τῶν Ἀράβων ἄρχοντας, ἅτε συνήθεις αὐτῷ ὄντας, χαρτουλαρίῳ τελοῦντι τῶν δημοσίων φόρων, καί φησι πρὸς αὐτούς· τὸν μὲν ὑπὲρ τῆς ἐπισκέψεως μισθὸν παρὰ
P. 350 θεοῦ λάβοιτε, κἂν ἄπιστοι τυγχάνητε φίλοι. τῆς διαθήκης δέ μου μάρτυρας ὑμᾶς εἶναι βούλομαι τοιαύτης οὔσης· πᾶς ὁ μὴ πιστεύων εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, τὴν ὁμοούσιον καὶ ζωαρχικὴν ἐν μονάδι τριάδα, πεπήρωται τὴν ψυχήν, καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεώς ἐστιν ἄξιος. τοιοῦτός ἐστιν καὶ ὁ Μουαμὲδ ὁ ψευδοπροφήτης ὑμῶν καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομος· ἀπόστητε οὖν, εἰ ἐμοὶ πείθεσθε μαρτυρομένῳ σήμερον ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τῆς ἐκείνου μυθολογίας. εὐνοῶ γὰρ ὑμῖν σήμερον, ἵνα μὴ σὺν ἐκείνῳ κολασθῆ-
B τε. ταῦτα καὶ ἄλλα πλεῖστα θεολογοῦντος αὐτοῦ ἀκούσαντες θάμβει τε καὶ μανίᾳ συσχεθέντες, μακροθυμεῖν ἔδοξαν, ὡς ἐκ τῆς νόσου παραφρονοῦντα τοῦτον οἰόμενοι· μετὰ δὲ τὸ διαγενέσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς νόσου, ἤρξατο μεγαλοφωνότερον ἀνα-

1. καὶ ὁμών. A, καὶ ὁ ὁμ. vulg. 2. αὐτοῖς] αὐτόθι A f. 3. αὐτόμολος A. 5. χαρτουλαρίῳ τελ. A, χαρτουλαρίων τε τελ. vulg. 7. εἰ καὶ — τυγχάνετε A. τῆς add. ex A. 12. καὶ prius add. ex A. 14. σήμ. ὑμῖν A, ὑμ. σήμ. vulg. 18. παραφρονοῦντα — — — νόσου om. A. 19. μεγαλοφ. A, μεγαφ. vulg.

nominis consors Petrus apud Maiumam insigne pro Christo martyrium sub haec tempora sponte tulit. morbo quippe detentus, Arabum proceres, ceu ex chartularii publicorum vectigalium munere ipsis notus, sibi familiares ad privatum colloquium invitavit. tum is ad illos, vestrae huius, inquit, ad me visitandum profectionis mercedem a deo recipiatis precor; licet enim fidei luce privati, amici tamen estis censendi. testamenti itaque mei, quod huiusmodi est, volo vos esse testes: qui non credit in patrem, filium et spiritum sanctum, consubstantialem et vivificam in unitate naturae personarum trinitatem, is animae oculis occaecatus est, et aeterno supplicio dignus. Muamed falsus vester vates et Antichristi praecursor eiusmodi exsitit. quamobrem si mihi nunc caelum et terram coram vobis obtestanti aliquatenus fidem adhibetis, fabulosam et deliram eius doctrinam eiurate. hoc necessitudinis erga vos meae praesens argumentum benevolum hoc admittite consilium, ne parem cum eo cruciatum sustineatis. Arabes sacros istos et pares alios sermones explicantem audientes, et una simul stupore et insania correpti, virum bene valere insserunt, tanquam in mentis delirium eum lapsum arbitrati. is ubi vires ex

κράζειν· ἀνάθεμα Μουαμὲδ καὶ τῇ μυθογραφίᾳ αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῇ. τότε τὴν διὰ ξίφους τιμωρίαν ὑποστάς, μάρτυς ἀνεδείχθη. τοῦτον ἐγκωμίοις λόγων τετίμηκεν ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ καλῶς ἐπικληθεὶς Χρυσορρόας διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἔν τε λόγῳ καὶ βίῳ χρυσαυγῆ χάριν, ὃν Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς βασι- C
λεὺς ἐτησίῳ καθυπέβαλεν ἀναθέματι διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐν αὐτῷ ὀρθοδοξίαν, καὶ ἀντὶ τοῦ παππικοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Μανσούρ, ὃ ἑρμηνεύεται λελυτρωμένος, Μανζηρὸν Ἰουδαϊκῷ φρονήματι μετονομάσας τὸν νέον τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μηνὶ Μαΐῳ Ἀρτάβασδος ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ Ὀψικίου ἐξελθών, τὴν Ἀσίαν στρατολογήσας κατέλαβεν, ἐκπορθῶν αὐτήν. Κωνσταντῖνος δὲ τοῦτο μαθών, ἐκίνησεν κατ' αὐτοῦ. καταλαβὼν δὲ αὐτὸν εἰς τὰ μέρη τῆς Σάρδης ἀπὸ τοῦ Κελβιανοῦ ἀνερχόμενον καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτοῦ πόλεμον, τρέπει αὐτὸν καὶ καταδιώκει μέχρι Κυζίκου. ὁ δὲ D
τὴν Κύζικον καταλαβών, καὶ εἰς δρόμωνα εἰσελθών, διασώζεται ἐν τῇ πόλει. μηνὶ δὲ Αὐγούστῳ τῆς αὐτῆς ια' ἰνδι- V. 279
κτιῶνος Νικήτας ὁ μονοστράτηγος υἱὸς Ἀρταβάσδου συμβαλὼν

1. καὶ τῇ A, ἐκ τῇ vulg. 5. ἐπανθοῦσαν[οὖσαν A. τοῦ πνεύματος — — — — ὑπερβ. ἐν αὐτῷ om. a. 10. ἐκκλησίας A, ἡλικίας vulg. 15. αὐτὸν add. ex A. 16. καὶ συμβ. A, συμβ. vulg.

infirmitate recepit, valida voce publice vociferari: anathema Muamed et fabulosae eius doctrinae credentibusque in eum omnibus. extemplo gladii poenae suppositus, martyr declaratur. eum orationum suarum encomiis sanctus pater noster Ioannes, ob eloquii sanctitatisque velut aureo fulgore radiantem spiritualem gratiam Chrysorrhoas recte cognominatus, celebravit. Ioannem etiam istum Constantinus impius imperator execrationibus annuatim renovatis ob eminentem illius in recta fide doctrinam subiicere solebat, et Mansur aviti nominis, quod vertitur redemptus, vice, Manzerum novum ecclesiae doctorem sensu plane Iudaico vocitabat.

Eiusdem etiam anni mense Maio ad Opsicii regionem profectus Artabasdus, Asiam, dum iter ageret, sub potestatem redegit, et provinciam depopulatus est. eo comperto Constantinus copias in eum eduxit. ubi Sardium attigit fines a Celbiano redeuntem offendit, et manibus cum eo consertis, in fugam vertit, et ad Cyzicum usque insequitur. ille Cyzicum ingressus, dromonem subinde conscendit, et in urbem salvum se recipit. mense autem Augusto eiusdem undecimae indictionis Artabasdi filius supremus copiarum eius ductor ad Modrinen cum Constantino bello congressus fugam arripit, Tisidates

Κωνσταντίνῳ εἰς πόλεμον πρὸς τῇ Μοδρινῇ φεύγει τραπείς, καὶ τὸν μὲν πατρίκιον Τηριδάτην τὸν Ἀρμένιον στρατιώτην γενναῖον ὑπάρχοντα καὶ ἐξάδελφον Ἀρταβάσδου σὺν ἄλλοις ἐπιλέκτοις ἄρχουσιν ἀνεῖλεν. ἑκατέρων δὲ τῶν μερῶν πτῶσις οὐ μικρὰ γέγονεν Ἀρμενίων τε καὶ Ἀρμενιακῶν μαχησαμένων πρὸς ἀνατολικοὺς καὶ Θρᾳκησίους τοὺς ὑπερμάχους τοῦ Κωνσταντίνου. ὁ δὲ ἀρχέκακος διάβολος τοιαύτην κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἤγειρεν μανίαν κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ
P. 351 *ἀλληλοσφαγίας, ὥστε τέκνα κατὰ γονέων καὶ ἀδελφοὺς κατὰ ἀδελφῶν συγκινεῖσθαι ἀφειδῶς εἰς σφαγήν, καὶ ἀνηλεῶς ἐμπυρίζειν τὰς ἀλλήλοις ὑπαρχούσας στάσεις τε καὶ οἰκίας.*

A.M. 6235 *Ἀράβων ἀρχηγοῦ Οὐαλὶδ ἔτος α'.*

Τούτῳ τῷ ἔτει κατὰ βορρᾶν ἐφάνη σημεῖον, καὶ κόνις
B *κατῆλθεν εἰς τόπους. γέγονε δὲ καὶ σεισμὸς εἰς τὰς Κασπίας πύλας· καὶ ἀνῃρέθη Οὐαλὶδ ὑπὸ τῶν Ἀράβων μηνὶ Ἀπριλλίῳ ις', ἡμέρᾳ ε', ἄρξας ἔτος α', καὶ κρατεῖ τῆς ἀρχῆς Ἰζὶδ ὁ Λειψός. οὗτος χρήματα πολλὰ σκορπίσας ἐκράτησε τὴν Δαμασκόν, καὶ δεξιὰς ἔλαβεν τοῦ ἄρχειν ἐκ τῶν κατὰ τὴν Δαμασκὸν καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον Ἀράβων. Μαρουὰμ υἱὸς Μουαμὲδ τὴν Ἀρμενίαν διέπων ἀκούσας ταῦτα, καταλαμβάνει τὴν Μεσοποταμίαν, ὑπερμαχῶν τῷ δοκεῖν τῶν τέ-*

2. τῶν Ἀρμενίων A. 4. ἀνεῖλεν A, ἀνεῖλον vulg. δὲ add. ex A. 9. ἀλληλοφαγίας a. 11. τε add. ex A. 18. ἐκ τῶν mg. Par., ἐκ τοῦ vulg.

patricius Armenius miles generosus, Artabasdi consobrinus, cum selectis aliis proceribus cadit, Armeniorum et Armeniacorum adversus orientales et Thracenses Constantini ius defendentes depugnantium caedes utrimque haud minima facta. calamitatis omnis auctor diabolus talem inter Christianos dementationem et caedes reciprocas sub haec tempora excitavit, ut filii adversus parentes, et fratres in fratres necem nullo sanguinis aut indulgentiae discrimine irruerent, suasque invicem ipsorum domus atque facultates citra illati damni sensum flammis perderent.

A. C. 735 Arabum ducis Valid annus primus.

Hoc anno in boreali caeli parte signum apparuit, pulvisque imbris instar in diversa loca decidit. ad Caspias etiam portas terrae motus contigit. mensis Aprilis die decimo sexto, hebdomadis feria quinta, Valid Arabum factione sublatus post imperii annum unicum, cui filius Izid cognomento Leipsus, id est diminutus, successit. is maxima pecuniarum vi erogata, Damascum obtinuit, atque ab Arabibus, qui Damascum, Persidem et Aegyptum incolebant, dextras in imperii confirmationem accepit. Marvam autem filius Muamed, Armeniae rector, his auditis Mesopotamiam occupat, filios Valid, ut videbatur, in tute-

κνων Οὐαλίδ, καὶ ἐναντιούμενος τῷ Ἰζίδ. καὶ μετὰ μῆνας ε' θνήσκει ὁ Ἰζὶδ καταλείψας Ἀβραὶμ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ C τῆς Δαμασκοῦ διάδοχον. τούτῳ παραταξάμενος Μαρουὰμ ἔχων τοὺς τῆς Μεσοποταμίας ἔρχεται εἰς Ἔδεσσαν, κἀκεῖθεν εἰς τὰ μέρη Δαμασκοῦ καὶ Ἀντιλιβάνου, εἰς κάμπον λεγόμενον Γαρίς. κἀκεῖ συμβαλὼν τῷ Σουλεϊμάν, [θνήσκει] παρὰ τῷ ποταμῷ Λιτᾷ, τοῦτ' ἔστι Κακῷ, τρέπει αὐτόν, καὶ ἀναιρεῖ χιλιάδας κ', καὶ μόνος Σουλεϊμὰν μετ' ὀλίγων φυγὰς κατὰ τὴν Δαμασκὸν διασώζεται. εἰσελθὼν δὲ ἐν αὐτῇ ἀνεῖλεν τοὺς υἱοὺς Οὐαλίδ, ὧν ὑπερμαχεῖν ἐδόκει Μαρουάμ, καὶ ἐξῆλθεν τῆς Δαμασκοῦ, χρήματα σφετερισάμενος ἱκανά. καταλαβὼν δὲ καὶ Μαρουὰμ τὴν Δαμασκόν, ἀνεῖλεν πολλοὺς τῶν ὑπερεχόντων καὶ τοὺς συνεργήσαντας τῷ φόνῳ τοῦ Οὐαλὶδ καὶ D τῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ ἄλλους ἠκρωτηρίασεν. τὰ δὲ χρήματα καὶ τοὺς θησαυροὺς ἅπαντας μετέστησεν εἰς Χάρραν τὴν πόλιν Μεσοποταμίας.

Τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ δεκάτῃ καὶ δευτέρᾳ ἰνδικτιῶνι κατελθὼν Κωνσταντῖνος ἐπὶ τὰ μέρη Χαλκηδόνος, ἀντεπέρασεν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις μέρεσιν, Σισιννίου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Θρᾳκησίων διὰ τῆς Ἀβύδου περάσαντος, καὶ τῷ χερσαίῳ τεί-

4. *κἀθεῖθεν* A, *ἐκεῖθεν* vulg. 5. *εἰς τόπον λεγ.* A e. 6. *Θνήσκει — — — Σουλεϊμὰν* om. A, *θνήσκει* omnino expungendum videtur. 8. *μετ' ὀλίγον* A. 13. *τοῦ Ἀλὶδ* vulg. 14. *καὶ ἄλλους* A, *καὶ τοὺς ἄλλ.* vulg. 20. *τείχει* A, *τείχη* vulg.

lam accepturus, et Izid adversarium se oppositurus. post menses vero quinque moritur Izid, fratre suo Abraim Damasci successore relicto, adversus quem Marvam exercitum ex Mesopotamiae Arabibus instruens Edessam venit, indeque versus Damascum et Antilibanum in campum, qui dicitur Garis, praelioque ibi ad fluvium Litam, id est Malum, inito cum Sulimane, ipsum fugat, et ex eius copiis hominum viginti millia delet, adeo ut Suliman cum paucis ac ferme solus Damascum fugam arripuerit. is urbem ingressus filios Valid, quorum partes tueri Marvam videbatur, e medio sustulit, et magna pecuniarum vi *sibi* addicta loco excedit. Marvam demum Damascum perveniens, multos ex proceribus eosque etiamnum qui Valid et liberorum eius mortis se praebuerant auctores interfecit, reliquos membris mutilatos vivere permisit, pecuniam autem omnesque thesauros Charram Mesopotamiae urbem transportavit.

Mense vero Septembri duodecima indictione Constantinus Chalcedonem versus profectus, traiecto freto, in Thraciam perrexit, Sisinnio Thracensium duce ad Abydum transfretante, ac subinde Byzantii muros, qui continentem spectant, obsidente. is ubi Charsii portam

χει παραχαθίσαντος. καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὴν Χαρσίου πόρταν διέδραμεν ἕως τῆς Χρυσῆς πόρτης ἑαυτὸν τοῖς ὄχλοις ἐπιδεικνύων, καὶ πάλιν ὑπέστρεψεν, καὶ ἠπλίκευσεν εἰς τὸν ἅγιον
P. 352 Μάμαντα. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἤρξαντο στενοῦσθαι εἰς τὰς δαπάνας, καὶ ἀποστείλας Ἀθανάσιον τὸν ἀσηκρήτις καὶ Ἀρτά-
V. 280 βασδον τὸν δομέστικον αὐτοῦ πρὸς τὸ κομίσαι δαπάνας διὰ σκαφῶν εὗρεν τούτους ὁ στόλος τῶν Κιβυρραιωτῶν ἔξω τῆς Ἀβύδου, καὶ τούτους κατασχὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἀνήγαγε, καὶ τὸν μὲν σῖτον τοῖς ἰδίοις λαοῖς ἐδωρήσατο, Ἀθανάσιον δὲ καὶ Ἀρτάβασδον παραυτὰ ἐτύφλωσεν. μετὰ ταῦτα ἐδοκί-
μασεν Ἀρτάβασδος ἀνοῖξαι τὰς τοῦ χερσαίου τείχους πόρτας, καὶ συμβαλεῖν πόλεμον μετὰ τοῦ Κωνσταντίνου. καὶ γενομένης συμβολῆς, ἐτράπησαν οἱ τοῦ Ἀρταβάσδου, καὶ πολλοὶ
B ἀπέθανον, ἐν οἷς καὶ ὁ Μονούτης· κατασκευάσας δὲ Ἀρτάβασδος κακκαβοπυρφόρους ἀπέστειλεν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα κατὰ τοῦ στόλου τῶν Κιβυρραιωτῶν, καὶ ἀπήλασεν αὐτούς. ἐγένετο δὲ λιμὸς ἰσχυρὸς ἐν τῇ πόλει, ὥστε πραθῆναι τὸν μύδιον τῆς κριθῆς νομισμάτων δώδεκα, τοῦ δὲ ὄσπρίου ἐννεακαίδεκα, τοῦ δὲ κέγχρου καὶ τοῦ λουπίνου νομισμάτων ὀκτώ, τὸ δὲ ἔλαιον πέντε λίτρας τοῦ νομίσματος, καὶ ὁ ξέστης

1. πόρταν A, πόρτην vulg. 7. Κυβερεωτῶν A. 14. ὁ add. ex A. 15. κακκαβοπορφύρους A. 16. ἀπήλασεν A, ἀπήλασαν vulg. 17. ἐγέν. δὲ A, καὶ ἐγ. δὲ vulg. 18. νομισμάτων A, νομίσματα vulg. utrobique. τοῦ δὲ ὀσπρίου νομ. ἐννεακ. add. ex A.

attigit, exinde ad aliam, quae Aurea nominatur, plebi se ipsum palam ostendens excurrit, ac confestim reversus ad sanctum Mamantem applicuit. cives interea annonae penuria premi coepere, quamobrem Athanasium a secretis et Artabasdum domesticum ad commeatum naviculis in urbem advehendum Artabasdus misit, quos cum Cibyrrhaeotarum classis extra Abydi angustias obviam habuisset, detentos ad imperatorem conduxit, qui propriis quidem copiis comparatam ab illis annonam distribuit, Athanasium vero et Artabasdum extemplo lucis iacturam luere iussit. postmodum Artabasdus terrestris muri portas eiusque vias sibi liberas reddere, et cum Constantino manus conserere decrevit. quare inito praelio, fusus est Artabasdi exercitus, plurimique, inter quos Monutes, desiderati. tum Artabasdus biremes in cacabis Graecum ignem ferentes instruens, ad sanctum Mamantem adversus Cibyrrhaeotarum classem summisit, quae etiamnum repulsae sunt, et retorsum actae. porro fames ingens urbem oppressit, adeo ut hordei modius nummis duodecim, leguminum novemdecim, milii lupinorumque octo aestimaretur, olei quinque librae nummo integro, vini sextarius dimidio veniret. populo itaque penuria cibi pereunte,

τοῦ οἴνου τοῦ σημισσίου. τοῦ δὲ λαοῦ θνήσκοντος ἠναγκάσθη Ἀρτάβασδος ἀπολύειν αὐτούς, πρὸς τὸ ἐξέρχεσθαι τῆς πόλεως. ἐπιτηρῶν δὲ τὰ πρόσωπα, τοὺς μὲν ἐκώλυσεν. ὅθεν τινὲς τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα ἐκάλυπτον, καὶ γυναικείαν στολὴν περιεβάλοντο, οἱ δὲ μοναδικὸν σχῆμα, καὶ οὕτως ἠδύναντο C
λαθεῖν καὶ ἐξελθεῖν. Νικήτας δὲ ὁ μονοστράτηγος ἐπισωρεύσας τὸν ἴδιον λαόν, τὸν ἀπὸ Μοδρινῆς σκορπισθέντα, ἦλθεν ἕως Χρυσοπόλεως, καὶ ὑποστρέφοντος αὐτοῦ, περάσας ὁ βασιλεὺς κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν ἐν Νικομηδείᾳ, ἐχειρώσατο αὐτὸν σὺν τῷ ἀποεπισκόπῳ κουράτωρι Μαρκελλίνῳ, ὃν παραυτὰ ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν. τὸν δὲ μονοστράτηγον πεδήσας διὰ τοῦ τείχους τῷ πατρὶ ἐπεδείκνυεν. τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἄφνω παρατα- D
ξάμενος τῇ δείλῃ διὰ τοῦ χερσαίου τείχους τὴν πόλιν παρέλαβεν. ὁ δὲ Ἀρτάβασδος ἅμα τῷ πατρικίῳ Βακταγείῳ εἰς χελάνδιν εἰσελθὼν πρὸς τὸ παρὸν ἦλθεν εἰς τὸ Ὀψίκιον, καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ κάστρον Πουζάνης ἑαυτὸν ἐνέκλεισεν. οὓς χειρωσάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν Ἀρτάβασδον σὺν τοῖς δυσὶν υἱοῖς αὐτοῦ ἐτύφλωσεν, τὸν δὲ Βακτάγειον ἐν τῷ Κυνη-

1. σημισσίου A, σημισείου vulg. 4. ἐκάλυπτον] ἐκώλυσαν A a f. 5. περιεβάλοντο A a, προσεβάλλοντο vulg. post σχῆμα vulgo iterum legitur: καὶ γυναικείαν στολήν, non item in A. 10. ἀπὸ ἐπισκόπων A, ἀπὸ ἐπισκόπου f. 11. Μαρκελλίνῳ A a f, Μαρκελλίῳ vulg. 13. μηνὸς μόνος ἄφνω A f. 15. Βακταγγίῳ A. 16. ἦλθεν A, ἐξῆλθεν vulg. 19. τὸν δὲ B. A, τὸν B. δὲ vulg.

coactus est Artabasdus publicam ex urbe migrandi potestatem facere, verum exeuntium observatis vultibus, quosdam detinuit, unde nonnulli vel facie velata, vel ementita mulierum larva usi exitum sibi facilem meruere, illi monasticum habitum, alii foeminarum cultum sibi composuerunt, atque ita sub eo latere, et egressum suffurari valuerunt. caeterum Nicetas militiae supremus dux copiis ad Modrinen prius dispersis iterum collectis, Chrysopolim usque venit. cumque inde pedem referret, traiiciens imperator ipsum a tergo insequutus est, eumque ad Nicomediam tandem assequutus, vivum cepit, una cum Marcellino, qui ex episcopo curator evaserat, quem illico capitis damnavit, at supremum militiae ducem vinculis de muro suspensum patri videndum ostentabat. demum Novembris die secundo aciebus ex improviso sub vesperam instructis, urbem per terrestrem murum invasit. Artabasdus autem una cum Bactagio patricio chelandium conscendens, ad Opsicium in praesens tempus recessit, exindeque ad Puzanae castrum digressus in eo inclusum se communivit. quos cum imperator comprehendisset, Artabasdum quidem una cum eius

γείῳ ἀπεκεφάλισεν, καὶ τὴν τούτου κεφαλὴν ἐν τῷ Μιλίῳ ἐκρέμασεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. μετὰ δὲ τριάκοντα ἔτη ὁ μνησίκακος καὶ ἄσπλαγχνος βασιλεὺς ἐπέταξεν ἀπελθεῖν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας, ἐκεῖσε γὰρ ἦν ταφείς,
P. 353 καὶ ἀνασκάψαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ παλλίῳ βαστάσαι, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα Πελαγίου μνήματα μετὰ τῶν βιοθανάτων ῥίψαι. ὦ τῆς ἀπανθρωπίας! πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους Ἀρταβάσδῳ συμμαχήσαντας τῶν προυχόντων ἀνεῖλεν· ἀναριθμήτους δὲ ἐτύφλωσεν, καὶ ἄλλους ἐχειροκόπησεν καὶ ἐποδοκόπησεν. ἐπέτρεψεν δὲ τοῖς σὺν αὐτῷ εἰσελθοῦσιν ἐξωτικοῖς ἄρχουσιν εἰσελθεῖν εἰς τοὺς οἴκους καὶ διαρπάσαι τὰς οὐσίας τῶν πολιτῶν· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀναρίθμητα δεινὰ ἐπεδείξατο τῇ πόλει. ἱππικὸν δὲ ποιήσας εἰσήγαγεν Ἀρτά-
V. 281 βασδον σὺν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς φίλοις δεδεμένους διὰ
B τοῦ διϊππίου ἅμα Ἀναστασίῳ τῷ ψευδωνύμῳ πατριάρχῃ τυφλωθέντι δημοσίως καὶ ἐπὶ ὄνου ἐξανάστροφα καθημένῳ, ὃν εἰς τὸ ἱππικὸν εἰσαγαγὼν ἐπόμπευσεν. πάλιν δὲ ὡς ὁμόφρονα αὐτοῦ ἐκφοβήσας καὶ δουλώσας, ἐν τῷ θρόνῳ τῆς ἱερωσύνης ἐκάθισεν. Σισίννιον δὲ τὸν πατρίκιον καὶ στρατηγὸν τῶν Θρᾳκησίων πολλὰ συνδραμόντα αὐτῷ καὶ συναγωνισάμενον,

3. ἑαυτοῦ A f, αὐτοῦ vulg. 12. ἄλλα add. ex A. 14. διὰ τοῦ ἱππικοῦ A. 17. εἰσαγαγὼν A, ἐξαγαγὼν vulg. ὁμόφρων f.

duobus filiis excaecavit, Bactagium vero ad ferarum venatum capite truncari, caputque per dies tres in Milio publice suspendi iussit. demum vero post annos triginta iniuriarum memor et inclemens imperator in Chorae monasterium uxorem eius se conferre, in eo siquidem sepultus iacebat Bactagius, et eius ossa tumulo eruta proprio pallio deportata ad ea quae Pelagii vocitantur monumenta una cum iis qui sibi ipsis conscias manus intulerant proiicere compulit. o factum prorsus inhumanum! multos insuper alios ex proceribus, qui Artabasdi partes sequuti sunt, interfecit, innumeris oculos effodit, manus istis, aliis pedes abscidit. ad haec extraneis quos secum in urbem introduxit nobilibus civium domos penetrare, et eorum facultates pro arbitratu sibi abripere permisit, ac denique infinita damna civitati intulit. celebratis etiam in circo ludis equestribus Artabasdum una cum filiis et amicis vinculis alligatum, nec non Anastasium falsi nominis patriarcham oculis privatum, et asino facie ad caudam versa insidentem publice per medium circi stadium invexit, et de iis ludibrii triumphum egit. caeterum Anastasium ceu sententiae suae sectatorem probe subactum et renovandae poenae timore emendatum in sacerdotii sedem restituit. Sisinnium etiam patricium et Thracensium ducem (quo adiutore ac simul praeliante imperium recepit) con-

ἐξάδελφόν τε αὐτοῦ ὄντα, μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐτύφλωσεν τῇ τοῦ θεοῦ δικαίᾳ κρίσει. ὁ γὰρ βοηθῶν τῷ ἀσεβεῖ ἐμπεσεῖται εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον. C

Ἀράβων ἀρχηγοῦ Μαρουάμ, Ἀντιοχείας ἐπισκόπου Θεο- A.M. 6236
φυλάκτου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει κομήτης μέγας κατὰ τὴν Συρίαν ἐφάνη. καὶ ἐστασίασεν Θεβὶτ κατὰ τοῦ Μαρουὰμ καὶ Δαχὰκ ὁ τῶν Ἀρουρητῶν· οὓς χειρωσάμενος Μαρουὰμ ἀνεῖλεν ἐν τοῖς ὁρίοις Ἐμέσης μετὰ πλήθους πολεμιστῶν χιλιάδων ιβ'. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει παρακλήσει τῶν Χριστιανῶν τῆς ἑῴας συνεχώρησεν χειροτονηθῆναι Θεοφύλακτον πρεσβύτερον Ἐδεσσηνῶν πα- D
τριάρχην Ἀντιοχείας κοιμηθέντος Στεφάνου, καὶ τοῦτον γράμμασι καθολικοῖς τιμᾶσθαι προσέταξεν παρὰ τῶν Ἀράβων. χαρίσμασι γὰρ πνευματικοῖς ἐκεκόσμητο, μάλιστα δὲ τοῖς τῆς σωφροσύνης. ἐν Ἐμέσῃ δὲ ῥκ' Χαλβανοὺς ἐφούρκισε, τὸν δὲ Ἄβας τὰ πολλὰ τῶν Χριστιανῶν αἵματα ἐκχύσαντα, καὶ πολλοὺς τόπους πορθήσαντα καὶ αἰχμαλωτίσαντα ἀναιρεῖ ἐν τῇ φυλακῇ. σταλέντος γὰρ πρὸς αὐτόν τινος Αἰθίοπος ὑπὸ Μαρουὰμ ἐπὶ τούτῳ, θύλακα πλήσας ἀσβέστου ζώσης εἰσῆλθεν πρὸς αὐτόν· καὶ τοῦτον τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς αὐτοῦ ῥισὶν

2. τῷ ἀσεβεῖ A, τὸν ἀσεβῆ vulg. 7. κατὰ τοῦ *M.* A, κατὰ τὸν *M.* vulg. καὶ Δαχὰκ — — — Μαρουὰμ om. A. 8. ἀνεῖλεν] καὶ ἀνῆλθεν A. 9. χιλιάδων A, χιλιάδας vulg. 10. τῆς ἑῴας add. ex A. 11. Ἐδεσσηνῶν A, Ἐδεσσηνὸν vulg. 14. τοῖς τῆς σωφροσύνης A f, σωφροσύνῃ vulg. 15. Χαλβένους A. τὸν δὲ Ἄβας τὰ om. A e f. 16. αἵματα A, αἱμάτων vulg.

sobrinum licet et amicum post dies quadraginta iusto dei iudicio oculis damnavit. qui enim impio fert suppetias, in manus eius, ut scriptura testatur, incidet.

Arabum ducis Marvam, Antiochiae episcopi Theophylacti annus A. C. 736
primus.

Hoc anno cometes ingens penes Syriam in caelo visus est. Thebit et Dachac Aruritarum princeps adversus Marvam seditionem excitavit. Marvam eos comprehensos cum viris militaribus ad duodecim millia circa limites Emesae trucidavit. hoc etiam anno idem Marvam Christianis orientalibus postulantibus Theophylactum presbyterum Edessenum Antiochiae patriarcham post Stephani obitum ordinari permisit, eundemque publicis litteris honorifice ab Arabibus salutari sanxit, spiritualibus siquidem gratiis temperantiaque maxime ornatus erat. Chalbanos insuper centum et viginti suspendio damnavit apud Emesam, Abam autem effusi Christianorum sanguinis reum, multaque loca passim depopulatum et depraedatum in carcere occidit. Aethiops enim quidam a Marvam missus saccum viva calce oppletum eius ca-

P. 354 περιθεὶς ἀπέπνιξεν αὐτόν, δικαίαν ἐφευρὼν τῷ γόητι τιμωρίαν. μαγείᾳ γὰρ καὶ δαιμόνων ἐπικλήσεσι πολλὰ κατὰ Χριστιανῶν κακὰ ἐτεκτήνατο. οὗτος καὶ τῷ αἵματι Οὐαλίδ ἐκοινώνησεν.

A.M. 6237 Τούτῳ τῷ ἔτει Σουλεϊμὰν συνάξας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, αὖθις τῷ Μαρουὰμ συμβάλλει, καὶ ἡττᾶται ἀποβαλὼν τοῦ ἰδίου λαοῦ χιλιάδας ζ, καὶ φυγὰς εἰς Παλμύραν διασώζεται, κἀκεῖθεν εἰς Περσίδα. ἐστασίασαν δὲ οἱ Ἐμεσηνοὶ καὶ οἱ Ἡλιουπολῖται καὶ Δαμασκηνοὶ τὰς πόλεις τῷ Μαρουὰμ ἀποκλείσαντες· ὃς τὸν μὲν αὐτοῦ υἱὸν κατὰ τοῦ Δαχὰκ
B ἀποστείλας μετὰ δυνάμεως, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ἔμεσαν ἦλθεν, ἣν ἐν τέτρασι μησὶ παρέλαβεν. ὁ δὲ Δαχὰκ μετὰ πλείστης δυνάμεως ἤρχετο. ὁ δὲ Μαρουὰμ συμβαλὼν αὐτῷ κατὰ τὴν Μεσοποταμίαν μετὰ τὸ πολλοὺς ἀναιρεθῆναι τῶν σὺν αὐτῷ τοῦτον συλλαβὼν κτείνει· ἐν τούτοις Κωνσταντῖνος Γερμανίκειαν παρέλαβεν ἐπιστρατεύσας τὴν Συρίαν καὶ Δουλιχίαν ἄδειαν εὑρὼν διὰ τὴν τῶν βαρβάρων πρὸς ἀλλήλους μάχην. λόγῳ δὲ τοὺς ἐν αὐταῖς Ἄραβας ἀποστείλας ἀόπλους προσελάβετο, καὶ τοὺς πρὸς πατρὸς συγγενεῖς καὶ ἐν Βυζαντίῳ μετῴκισεν, σὺν καὶ πολλοῖς Σύροις μονοφυσίταις αἱρετικοῖς,

1. ἐφευράμενος A. 2. μαγείαις A. 6. τῷ add. ex A. 7. ἰδίου om. A. 8. καὶ οἱ Ἡλ. κ. Δαμ. om. a. 15. Γερμανικίαν A. 17. βαρβάρων A a f, Ἀράβων vulg. 19. πρὸς μητρὸς A.

piti naribusque adeo commode circumposuit, ut praestigiatori digno malitia supplicio applicato, virum facile suffocaverit. magicis enim artibus daemonumque invocationibus multorum Christianis malorum auctor fuerat, isque etiam Valid caedis particeps extiterat.

A. C. 737 Hoc anno collectis omnibus copiis cum Marvam bello confligit Suliman, militumque septem millibus ex exercitu desideratis superatur, et fugitivus Palmyram se recipit, atque inde in Persidem. Emeseni quoque, ut Heliopolitae et Damasceni seditione adversus Marvam excitata, occlusis civitatum portis eidem ingressum negaverunt. is filio adversus Dachac cum copiosa militum manu misso, ipse Emesam versus arma dirigit, et urbem mensium quatuor spatio in potestatem recipit. interea Dachac ingentibus copiis stipatus accessit, cum quo Marvam in Mesopotamia praelio congressus, multis occisis, ipsum vivum captum neci tradidit. dum haec geruntur, Constantinus Germaniciam invadit, exercitumque in Syriam et Dulichiam emittit, commodam ex barbarorum bellis vincendi occasionem nactus. Arabes etiam ex eis urbibus inermes eductos et in fidem suam receptos, nec non patris consanguineos cum pluribus Syris monophysitis haereticorum

ὧν οἱ πλείους εἰς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦντες, μέχρι τοῦ νῦν καὶ ἐν τῷ τρισαγίῳ τὴν τριάδα σταυροῦντες κατὰ Πέτρον τὸν V. 282
Γναφέα διήρκεσαν. ἀπὸ δεκάτης δὲ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς C
ἕως πεντεκαιδεκάτης σκότος ἐγένετο ὁμιχλῶδες. τότε ὁ Μα-
ρουὰμ ἐνικήσας, καὶ καταλαβὼν Ἔμεσαν, ἀναιρεῖ πάντας
τοὺς συγγενεῖς καὶ ἀπελευθέρους Ἰσάμ· καθαιρεῖ δὲ καὶ τὰ
τείχη Ἡλιουπόλεως καὶ Δαμασκοῦ καὶ Ἱεροσολύμων, ἀναιρῶν
πολλοὺς δυνατούς, καὶ ἀκρωτηριάσας τοὺς ἐν αὐταῖς ταῖς
πόλεσι περιλειφθέντας.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐν Παλαιστίνῃ A.M. 6238
καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Συρίᾳ μηνὶ Ἰανουαρίῳ D
ιή, ὥρᾳ δ', καὶ πολλαὶ μυριάδες καὶ ἀναρίθμητοι τεθνήκασιν, ἐκκλησίαι τε καὶ μοναστήρια πεπτώκασιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἔρημον τῆς ἁγίας πόλεως. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει λοιμώ-
δης θάνατος ἀπὸ Σικελίας καὶ Καλαβρίας ἀρξάμενος οἷόν τι πῦρ ἐπινεμόμενον ἐπὶ τὴν Μονοβασίαν καὶ Ἑλλάδα καὶ τὰς παρακειμένας νήσους ἦλθεν δι' ὅλης τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος προσμαστίζων τὸν ἀσεβῆ Κωνσταντῖνον, καὶ ἀναστέλλων τῆς κατὰ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων μανίας, P. 355

3. ἀπὸ δεκάτης δὲ τ. Α. μ. A, ἀπὸ δὲ τ. Α. μ. δεκάτης vulg. 4. πεντεκαιδεκάτης A, — κάτην vulg. 5. καταλαβὼν A, ἀπολαβὼν vulg. Ἔμεσαν A, Ἔδεσσαν vulg. 7. καὶ Δαμ. κ. Ἱεροσ. add. ex A. 15. θάνατος A, νόσος vulg. 16. Μονεμβασίαν A. τὰς add. ex A. 19. ἁγίων add. ex A.

nota inustis Byzantium transtulit, quorum reliquiae Thraciam incolentes in hodiernum usque diem trinitatem in hymno ter sancto crucifigentes Petri Fullonis mentem tenent, et in ea perseverant. porro a die decima usque ad decimam quintam Augusti tenebrae fuerunt caliginosae. eo tempore Marvam parta victoria, et Emesa recepta, consanguineos Isam et libertos omnes occidit. muris etiam Heliopoleos Damasci et Hierosolymorum eversis, viros auctoritate praestantiores e medio sustulit, caeteros vero, qui in his urbibus superfuere, mutilavit.

Hoc anno mensis Ianuarii die decimo octavo hora quarta magnus A. C. 738
terrae motus in Palaestina, circa Iordanem, et in omni Syria factus est, adeo ut multae hominum myriades ac pene infinitae perierint, et ecclesiae monasteriaque conciderint, et maxime circa sanctae civitatis solitudinem. hoc eodem anno lues pestilentialis a Sicilia et Calabria primum exorta, atque velut ignis sensim depascens per Monobasiam et Graeciam adiacentesque insulas pervagata, tota indictione decima quarta irreligiosum Constantinum flagellavit, si modo potuisset ab ea qua in ecclesias et venerandas imagines ferebatur insania retrahere et compescere. ipse tamen prout quondam Pharao in

εἰ καὶ ἀδιόρθωτος ἔμεινεν, ὡς Φαραὼ τὸ πάλαι. ἡ δὲ αὐτὴ λοιμικὴ νόσος τοῦ βουβῶνος ἀνέδραμεν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἐπινεμήσει, ἐν τῇ βασιλίδι πόλει. ἤρξατο δὲ αἴφνης ἀοράτως γίγνεσθαι, ἔν τε τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἱματίοις καὶ εἰς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἱερὰ ἐνδύματα σταυρία ἐλαιώδη πλεῖστα. ἐγένετο οὖν ἐντεῦθεν τοῖς ἀνθρώποις λύπη καὶ ἀθυμία πολλὴ τῇ τοιούτου σημείου ἀπορίᾳ· κατέλαβεν δὲ καὶ θεομηνία ἀφειδῶς ὀλοθρεύουσα οὐ μόνον τοὺς ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ αὐτῆς. ἐγένοντο δὲ καὶ φαντασίαι εἰς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἐκστάσει γενόμενοι, ἐνόμιζον
B ξένοις τισίν, ὡς ἐδόκουν, καὶ βριαροῖς προσώποις συνοδεύειν, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας αὐτοῖς, ὡς δῆθεν φίλους προσαγορεύοντας καὶ διαλεγομένους. σημειούμενοι δὲ τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα ἐξηγοῦντο. ἑώρων τοὺς αὐτοὺς καὶ εἰς οἴκους εἰσερχομένους, καὶ τοὺς μὲν τοῦ οἴκου ἀναιροῦντας, τοὺς δὲ ξίφει τιτρώσκοντας. συνέβαινε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων γενέσθαι οὕτως, καθὼς εἶδον. τῷ δὲ ἐαρινῷ καιρῷ τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος ἐπέτεινε μειζόνως, καὶ τῷ θερινῷ ἐξεκαύθη εἰς ἄπαξ, ὥστε ὁλοκλήρους οἴκους κλεισθῆναι παντε-

2. λοιμικὴ νόσος A, λοίμη τῆς νόσου vulg. 4. εἰς τὰ A, ἐν τοῖς vulg. 7. κατέλαβεν — — — ἀλλὰ καὶ τοὺς add. ex A. 9. καὶ φαντ. A, αἱ φ. vulg. 13. λεγόμενα A a f, λαλούμενα vulg. 14. καὶ ante εἰς add. ex A. 15. ἀναιροῦντας] ἑωρῶντας A a f.

malis obduratus et inemendatus perseveravit. pestilens illud bubonis virus ad imperatricem usque urbem propagatum est indictione decima quinta. ac primum quidem inviso quodam modo et derepente corpora invadebat tum vero in hominum vestibus et in ecclesiarum sacris indumentis cruciculae plurimae oleagineo liquore conspersae conspiciebantur. quo signo quid portenderetur cum homines ignorarent, in magnum moerorem animique angustias adducti sunt. ira deorum inexorabili exitio non solum urbanos, sed etiam vicinae regionis incolas oppressit. exinde plures hominum in mentis alienationem coniecti variis sese phantasiae figuris, vel spectris et sensuum stupore permiserunt illudi, adeo ut cum peregrinis et terriculantis faciei hominibus, ut sibi videbatur, societatem ac iter habere se putarent, quos etiam velut amicos, ubi occurrerent, compellarent, ac cum ipsis colloquerentur, et quae ab ipsis dicerentur, observantes, aliis enarrabant. eosdem insuper in domos penetrantes quosdam ex obviis vel plane conficere, vel gladiis vulnerare conspiciebant. sed et pleraque ex iis, quae isti referebant, quemadmodum ipsi viderant, ita fieri contigit. insequente autem primae indictionis vere magis ac magis serpere et grassari contagium, circa messem vero ita eius incendium

λῶς, καὶ μὴ εἶναι τοὺς ὀφείλοντας θάπτειν τοὺς νεκρούς. ἐκ πολλῆς οὖν περιστάσεως ἐπενοήθη διὰ ζώων σαγματουμένων C ὑποτετρακανθίλους σανίδας ἐπιτίθειν, καὶ οὕτως ἐκφέρειν τοὺς νεκρούς. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς ἁμάξας ἐπάνω ἀλλήλων τούτους ἐπιτίθειν. ἐν δὲ τῷ πληρωθῆναι πάντα τά τε ἐνάστεια καὶ προάστεια μνήματα, ἔτι μὴν καὶ κιστέρνας ἀνύδρους καὶ λάκκους καὶ πλείστους ἀμπελῶνας διασκαφῆναι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔνδον τῶν παλαιῶν τειχῶν κήπους εἰς τὴν τοιαύτην προχωρῆσαι τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ταφήν· καὶ οὕτω μόλις ὑπαντῆσαι εἰς τὴν τοιαύτην χρείαν. παντὸς δὲ οἴκου D ἐκ τῆς τοιαύτης συμφορᾶς διαφθαρέντος διὰ τὴν ἀσεβῶς γεγενημένην εἰς τὰς ἱερὰς εἰκόνας ὑπὸ τῶν κρατούντων κατένε- V. 283 ξιν, αὐτίκα ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν στόλος κατέλαβεν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἐν Κύπρῳ, ἔνθα ἦν καὶ ὁ Ῥωμαϊκὸς στόλος. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Κιβυρραιωτῶν ἐπιπεσὼν αὐτοῖς αἴφνης ἐν τῷ λιμένι τῶν Κεραμαία, καὶ κρατήσας τὸ στόμιον τοῦ λιμένος χιλίων δρομώνων ὄντων τρεῖς μόνους ἐξειλῆσαί φασιν.

2. σαγματουμ. A, σαυματ. a, σαυτουμ. f, σακματ. vulg. 3. ὑποτετρακανθίλους σαν.] ὑπὸ τετρακανθήλους σαν. A, τετρακανθιλουσανίδας a, ὑπὸ τετρακανθίλου σαν. vulg. ἐπιτιθέναι A utrobique. 5. τά τε ἐνάστεια καὶ προάσιεια μνήμ. A, τά τε ἐν ἄστεις καὶ προαστείοις μν. vulg. 8. πρὸς τὴν τ. A f. 14. καὶ add. ex A. 16. Καιραμαῖα A. 17. ἐξειλῆσαι A, ἐξηλῆσαι vulg.

exarsit, ut quam plurimae domus incolis penitus orbae clauderentur, ac sepeliendis mortuis amici vivi deficerent. ex necessitatis igitur in hunc modum urgentis angustia animantibus in quadrum ad invicem iunctis, ac suis clitellis instructis trabeculas, quibus affixi asseres, superponere, ac ita mortuorum cadavera in tumulum efferre excogitatum est, et cadavera rursus cadaveribus congesta coacervabunt curribus exportanda. cum vero tam urbis quam suburbiorum monumenta mortuis corporibus oppleta exundarent, cisternas atque etiam piscinas exsiccatas, nec non vineas excavare et effodere coacti, hortos quoque veteribus muris cinctos ad huiusmodi humanorum cadaverum sepulturae officium destinare compulsi sunt, ac ne vix quidem eo pacto huiusmodi necessitati exhauriendae suffecerunt. porro cum omnes familiae ex ista calamitate, nimirum ob sacrarum imaginum impie iussam a principibus abrogationem, diminutae vel penitus deletae apparerent, derepente Agarenorum classis Alexandriae instructa Cyprum, ubi Romana classis stationem agebat, appellere visa est. cum vero Cibyrrhaeotarum dux Agarenos in Ceramaea portu occupatis eius faucibus ex improviso strenue fuisset adortus, ex mille hostium dromonibus tres solos evasisse narrant.

A.M. 6239 P. 356 *Τούτῳ τῷ ἔτει πτείνεται Γρηγόριος ὑπὸ τῶν Ἀρουριτῶν, καὶ ἐξενίκησε Μαρουὰμ ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγός, ὡς προέφην.*

A.M. 6240 *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκίνησαν ἐκ τῶν ἀνατολικωτέρων μερῶν τῆς Περσίδος λαοὶ λεγόμενοι Χωρασανῖται καὶ Μαυροφόροι κατὰ τοῦ Μαρουὰμ καὶ πάσης τῆς συγγενείας τῶν προαρξάντων ἀπὸ Μουαμὲδ τοῦ ψευδοπροφήτου ἕως τοῦ αὐτοῦ Μα-*
B *ρουάμ, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὸ λεγόμενον τέκνον τοῦ Οὐμαΐα. τούτων γὰρ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Οὐαλὶδ ἀλλήλους πολεμούντων καὶ ἀπασχολουμένων, οἱ λεγόμενοι υἱοὶ τοῦ Ἀχὶμ καὶ τοῦ Ἀλίμ, συγγενεῖς μὲν καὶ αὐτοὶ τοῦ ψευδοπροφήτου τυγχάνοντες, κεκρυμμένοι δὲ καὶ φυγάδες ὄντες κατὰ τὴν μικρὰν Ἀραβίαν, ἀθροισθέντες πρωτεύοντος ἐν αὐτοῖς Ἀβραΐμ, ἐκπέμπουσιν ἀπόδουλον αὐτῶν τινὰ λεγόμενον Ἀβουμουσουλὶμ εἰς τὸ Χωρασὰν πρός τινας τῶν αὐτόθι προυχόντων,*
C *αἰτούμενοι συμμαχῆσαι αὐτοῖς κατὰ Μαρουάμ. οἱ δὲ συναχθέντες πρὸς Χατταβᾶν τινὰ βουλεύονται, καὶ ἐπανιστῶσι τοὺς δούλους κατὰ τῶν ἰδίων δεσποτῶν, καὶ ἀναιροῦσι πολλοὺς ἐν μιᾷ νυκτί, ὧν τοῖς ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ χρήμασι καθοπλισθέντες, ἐγένοντο εἰς δυνατούς. διαιροῦνται δὲ εἰς*

4. ἐκίνησαν A f, ἐκινήθησαν a, ἐκινήθη vulg. 5. Χουροσανῖται A, Χουσαρονῖται a. 8. Οὐμαΐα A, Μαΐα f, Οὔνοια a, Οὐναΐα vulg. τούτων A, τοῦτον vulg. 10. Ἔχιν κ. τ. Ἄλιν A. 11. αὐτοὶ add. ex A. 13. Ἀραβίαν, ἀθρ. A. Ἀραβίαν καὶ ἀθρ. vulg. 14. Ἀβουμουσαλὶμ A, Ἀβουμουσλὶμ a, Ἀβουμουσαχὶμ f. 17. Χατταβᾶν A, Χαταβᾶν vulg.

A. C. 739 Hoc anno Gregorius ab Aruritis occiditur, Marvam vero Arabem dux, quemadmodum superius retuli, victoria potitus est.

A. C. 740 Hoc anno Chorasanitae et Maurophori, populi eo nomine noti, adversus Marvam et omnem praecedentium principum cognationem a Muamed pseudopropheta usque ad Marvam, hoc est adversus Ommaiae filium, ex postremis Persiae orientalis regionibus expeditionem moverunt. post illatam quippe Valid necem Saracenis mutuis sese bellis conficientibus, et circa caedes reciprocas occupatis, qui filii Achim et Alim vulgo audiunt, pseudoprophetae quidem genere orti, occulti tamen et in minorem Arabiam prius fugitivi, nunc sub Abraim, ex familia duce praecipuo, in unum collecti, quodam suo liberto, cui nomen Abumusulim, ad quosdam Chorasan regionis proceres, misso, sociis armis adversus Marvam convenire ab eis expetierunt. illi convenientes apud Chactabam quendam consilium ineunt, servisque in dominos suos concitatis, plurimos eorum una nocte trucidant, et eorum curribus, equis et facultatibus ditati et instructi, potentes repa-

φυλὰς δύο, Καϊσινοῦς καὶ Ἰμανίτας, ὧν δυνατωτέρους σκοπήσας τοὺς Ἰμανίτας ὁ Ἀμουμιλὶμ διεγείρει κατὰ τῶν Καϊσινῶν, καὶ ἀνελὼν αὐτούς, παραγίνεται ἐν Περσίδι σὺν τῷ Χατταβᾷ, καὶ πολεμήσας τὸν Βίνδαρα, παραλαμβάνει μετὰ νίκης ἅπαντας, ὡς ἑκατόν που χιλιάδας ἀνδρῶν. καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Ἰβινούβειρα στρατοπεδεύοντα σὺν χιλιάσι διακοσίαις, κἀκεῖνον ἐξέλυσεν, καὶ καταλαβὼν τὸν Μαρουὰμ εἰς τὸν Ζαβᾶν ποταμὸν ἔχοντα τριακοσίας χιλιάδας πολεμεῖ αὐτόν, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἀναιρεῖ ἐξ αὐτῶν. καὶ ἦν ἰδεῖν κατὰ τὴν γραφὴν τότε ἕνα διώκοντα χιλίους, καὶ δύο μετακινοῦντας μυριάδας. οὓς οὗτος κατὰ κράτος νικῶντας ὁρῶν ὁ Μαρουάμ, ἔρχεται εἰς Χαρράν, καὶ περάσας τὸν ποταμόν, ἔκοψε τὴν γέφυραν ἀπὸ πλοίων οὖσαν. καὶ συμπαραλαβὼν πάντα τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, μετὰ τρισχιλίων ἀνδρῶν οἰκογενῶν αὐτοῦ ἔφυγεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον.

Τούτῳ τῷ ἔτει καταδιώκεται Μαρουὰμ ὑπὸ τῶν Μαυροφούρων, καὶ καταληφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, κτείνεται βαρυτάτου πολέμου κροτηθέντος. ἦρχε δὲ αὐτῶν Σαλὶχ υἱὸς Ἀλίμ, εἷς ὢν τῶν προλεχθέντων φυγάδων τῶν καὶ ἐξαποστειλάντων τὸν Μου- A.M. 6241 P. 357

1. δύο, Καϊσ. A, δύο καὶ Καῖσ. vulg. 2. Ἀβουμιλιὸ A, Ἀμουμιλὶμ a, Ἀβουμελὶμ f. 4. τὸν Ἰβινδάρα A. 8. τρεῖς χιλιάδας A. 14. ἑξακισχιλίων a. 17. καταληφθεὶς A, καταλειφθεὶς vulg. 18. υἱὸς Σαλὶμ A. 19. Μουμουσλὶμ: idem qui supra Ἀβουμουσουλὶμ et Ἀμουμιλὶμ audit.

tati sunt. iidem porro in duas tribus distribuuntur, Caisinos nimirum et Imanitas, quorum fortiores Imanitas Amumilim contemplatus, istos movet in Caisinos, iisdemque deletis, in Persidem Chactaba socio suscipit expeditionem, praelioque cum Bindara inito, victoria potitus ad centum circiter hominum millia cepit. inde profectus adversus Ibinubirem exercitum hominum ducentorum millium educentem, eundem pariter fudit et prostravit, tum vero Marvam trecentis hominum millibus stipato ad Zabam fluvium obviam factus, eum aggreditur et debellat, et innumeram hostium multitudinem delet. cernere erat eo in conflictu unum hominem mille sibi adversarios fugantem, ut scriptura testatur, et duos solos myriades integras insequentes. eos ubi virtute sua victoriam sibi peperisse Marvam conspicit, Charran contendit, et amne traiecto, pontem navibus compactum disrumpit, et ablatis, quas potuit, divitiis, ac tota familia, cum vernarum suorum ter millibus fuga secessit in Aegyptum.

Hoc anno Maurophori Marvam bello insequuntur, eundemque obviam sibi factum nacti, gravi certamine inito, interficiunt. Salich autem Alim filius ex praefatis fugitivis, qui etiam Mumuslim miserant, Arabum imperium adeptus est. reliqui apud Samariam et Tra- A. C. 741

μουσλίμ. οἱ δὲ λοιποὶ ἀθροισθέντες κατὰ τὴν Σαμάρειαν καὶ
V. 284 Τραχωνίτιδα χώραν κλήρῳ τὴν ἀρχὴν ἀπένειμαν τῷ Ἀβου-
λαβάν, καὶ μετ' ἐκεῖνον τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἀβδελᾶ, καὶ μετὰ
τοῦτον τῷ Ἰσέβιν Μούσε· καὶ τῆς μὲν Συρίας στρατηγεῖν
ἔταξαν Ἀβδελᾶν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἀλίμ, καὶ υἱὸν τοῦ Ἀλίμ,
τὸν δὲ αὐτὸν Ἀλὶμ τῆς Αἰγύπτου ἄρχειν, τὸν δὲ Ἀβδελᾶν
B τοῦ Ἀβουλαβᾶς ἀδελφὸν ἀπ' ἐκείνου ἔχοντα τὸν κλῆρον τῆς
ἀρχῆς ἐπὶ τῆς Μεσοποταμίας ἔταξαν. ὁ δὲ αὐτὸς Ἀβουλα-
βᾶς, ὁ καὶ πάντων ἐξάρχων, ἐν Περσίδι κεκάθικε, μετατεθεί-
σης ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῶν συμμαχησάντων Περσῶν ἀπὸ Δαμα-
σκοῦ τῆς ἀρχῆς, καὶ πάντων τῶν συλληφθέντων θησαυρῶν, ὧν
ὁ Μαρουὰμ ἐπεφέρετο. οἱ δὲ περισωθέντες υἱοί τε καὶ συγ-
γενεῖς τοῦ Μαρουὰμ ἐλθόντες ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἀφρικήν,
κἀκεῖθεν ἀντιπεράσαντες τὸ διορίζον μεταξὺ Λιβύης καὶ Εὐ-
ρώπης τῆς κατὰ τὸν Ὠκεανὸν στενῆς θαλάσσης, τὸ λεγόμενον
Σεπταί, τὴν τῆς Εὐρώπης Σπανικὴν ᾤκησαν μέχρι τοῦδε τοῦ
C χρόνου, ἔχοντές τινας προκατοικήσαντας αὐτόθι τῶν ἀπὸ Μαυ-
ίου διὰ πλοὺς ἐκριφέντων ἐκεῖσε, συγγενεῖς αὐτῶν ὄντας καὶ
τῆς αὐτῆς θρησκείας. ἐκράτησεν δὲ ἡ ἐπὶ Μαρουὰμ ἅλωσις
ἔτη ς', ἐν ᾗ πᾶσαι μὲν αἱ κατὰ τὴν Συρίαν περιφανεῖς πό-

4. τὸν Ἰσέβιν Μούσε A, τὸν Ἰσεβημωυσὲ a, Ἰσεβιμοῦσε f, τῷ Ἰβιν Mousai vulg. 5. τὸν ἀδελφὸν — — — τὸν δὲ Ἀβδελᾶν om. A. 8. Ἀβουλασβᾶς saepius vulg. 9. καὶ καθῆκε A. 11. συλληφθ. A, συλλειφθ. vulg. 15. τῆς om. a. 18. διὰ πλοὺς A, διὰ πλοίων vulg. ὄντας add. ex A.

chonitidem regionem congregati, ditionem omnem sorte distribuendam decreverant, omnium quidem primo Abulabae, tum vero Abdelae eius fratri post eum, ac deinde Ibi Musi. et Syriae quidem Abdelam Alimi fratrem, et una Alimi filium praeesse statuerunt, ipsum vero Alim Aegypto praefectum dederunt, Abdelam autem Abulasbae fratrem ab eo imperii partem sortitum Mesopotamiam iusserunt tenere. is porro Abulasbas, qui omnium praecipuus et potestate praeibat, solium in Perside posuit, evocatis nimirum Damasco qui sibi fuerant auxilio Persis, et translato in Persidem imperio, una cum omnibus thesaurls, quos olim illuc Marvam importaverat. filii vero Marvam et reliqui eius affines calamitatibus istis superstites ex Aegypto migraverunt in Africam. inde maris angusti fretum Libyam ab Europa iuxta oceanum disterminans traiicientes (Septe loco nomen factum est) Hispaniam Europae partem ad hoc usque tempus tenuerunt; alii, licet superstitionis eiusdem, et ex eadem stirpe nati, quos nimirum navibus deportatos illuc exposuit Mavias, eam regionem prius incoluerunt. porro clades ista sub Marvam recepta per annos sex dura-

